Leo, Halle, 1877.
80 Pr.

Rod Reuss

0

DE

# ALBERTO WALDSTEINIO

FRIDLANDIAE DUCE

# PRODITORE.

---

COMMENTATIO

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE

AD

OBTINENDAM DOCENDI FACULTATEM

DIE XXVII. OCTOBR. MDCCCXXXIV.

HORA LOCOQUE SOLENNI

PUBLICE DEFENDET

*RICHARDUS ROEPELL*

GEDANENSIS

PHILOSOPHIAE DOCTOR

CONTRA ADVERSARIOS

FRID. AUG. ECKSTEIN, PHILOS. DOCT.

CAR. LUD. PETER, PHILOS. DOCT.

---

HALAE

TYPIS EXPRESSIT CAROLUS GRUNERT.

1834.

INCLYTAE

# PACIS SOCIETATI

QUAE GEDANI FLORET

LITERARUM ET LIBERALIUM ARTIUM

FAUTRICI

ALMAE INGENIORUM

NUTRICI

HANC COMMENTATIONEM

PIE DEDICAT

AUCTOR.

## Cap. I.

### *Memoria prima.*

Ineunte aestate anni 1634. per totam Germaniam increbuit fama, descivisse a Caesare Augusto occupatis pluribus in Bohemia castellis Waldsteinium eo consilio, ut exercitum Caesaris in defectionis societatem allectum ad Protestantium partes traduceret. Quem nuntium quum tertio iam die mensis Martii Francofurti ad Moenum divulgatus esset, [1]) decimo sexto eiusdem mensis die de Charnacé, Francogallorum apud Batavos legatus, retulit. [2])

Quarum rerum dum omnes, prout quisque aut Protestantium aut Caesaris Augusti partibus faveret, inter spem metumque suspensi exspectant eventum, Fridlandiae Dux, imperatoria potestate exutus, a tribunis militum Buttler, Gordon, Leslie atque Deveroux Agriae est interfectus.

Qua igitur maiore Fridlandus prioribus temporibus cum in Germania tum apud Caesarem Augustum valuerat auctoritate, eo magis et moliminis vastitudo et funestus eius cruentusque exitus omnium aequalium animos perturbavit. Ut enim omni tempore fieri solet, quum res gravissimae et hucusque inauditae, eaeque la-

1) cf. *Lettres et negociations de Feuquieres.* Amst. et Paris 1753. T. II. p. 223. epist. 3. Mart. 34.

2) cf. ibid. p. 253.

tentes, consuetum rerum decursum praecidunt, tum quoque utrum iure Fridlandus et accusatus et supplicio affectus esset nec ne, alii alia iactarunt.

„Man hat nichts anders reden gehört, Khevenhillerus scripsit,[3]) als von des Herzogs von Fridland Treu und Untreu; ja zu Hof und gar in den Rathsstuben hat man davon ungescheut discurirt, theils haben seine Treu aufs höchste defendirt, theils seine Untreu für gewiß versichert.“

Scriptis typis expressis quum divergentes defenderentur sententiae, dubitatio magnopere crevit.

Ipsi enim Ducis interfectores decem tantum diebus post necem praeteritis libellum, quo se defenderent, foras dederunt.[4]) Viennae accusationis liber prelis excudebatur, qui inscribitur: *Alberti Fridlandi perduellionis chaos, ingrati animi Abyssus. cum licentia superiorum. Anno* 1634. — Idem liber Viennae eodem anno vernacula lingua prodiit, et titulus quidem hoc additamento auctus: auf sonderbaren der Römisch kaiserlichen Majestät allergnädigsten Befehl.

Pictura quaedam necis Fridlandi, cui verbis subscripta erat Ducis defensio, edita est Agriae 1634. eique inscriptum: Eigentliche Beschreibung des Egerischen Pankets.[5])

Non fuit ignotum in Germania, quantam cum Patres societatis Iesu, tum Hispaniae Rex apud Caesarem Augustum assequuti essent auctoritatem, neque quantum odium, quantae fuissent inimicitiae primis a temporibus inter Fridlandum atque Bavariae Ducem. Hos omnes, dictitabant defensores, obtrectationibus et insidiis accusatum Fridlandum perdidisse, quippe qui pacis conciliandae causa, quam illi quidem abhorruissent, iure op-

3) *Khevenhiller Annales Ferdinandei.* T. XII. p. 1110. fol.

4) Typis exc. iterum in: Morgenblatt 1816. n. 75—78.

5) Typis exc. in: Murr, die Ermordung Wallenstein's. Halle 1806. p. 87—96.

timo, cum paciscendi ius a Caesare Augusto iam dudum ei commissum fuisset, cum hostibus egisset, neque eum in finem, ut, quod adversarii iactarent, ad Protestantium partes transiret bellumque contra Imperatorem moveret. Fas esse animo reputare, quantopere Fridlandiae Dux de Caesare Augusto omni tempore meritus sit. Non credendum fieri potuisse, ut talis tantusque vir innumeris insuper praemiis ornatus dominum repente desereret. [6])

Quo fere modo aequalium pars, interioris illa rerum gestarum notitiae expers, proditionis maculam Fridlando Duci adspersam abluere studuit. Quid Protestantium principes ac primores hac de re senserint, quaeritur? Memoratu dignum videtur, nihil ab iis publica ipsorum auctoritate esse divulgatum. Verum si Fridlandus de pace tantum egisset cum iis, salva utilitate Caesaris Augusti fideque erga ipsum, quam ob causam id non professi sunt? Sibi ipsis enim proclamatione ea, ut nobis videtur, omnium fere aequalium animos conciliavissent, Caesari Augusto autem non solum auctoritatem, qua apud Protestantes quosdam etiamtunc fruebatur, sed etiam militum suorum fidem ac studium abstulissent, quippe qui de impetrandis impigrae et fidelis militiae praemiis desperavissent.

Tantum abfuit, ut eiusmodi quid agerent, ut Ludovicus XIII. Francogallorum Rex, quum Fridlandi exitus nuntiaretur, exclamaret: Sic omnes pereant principum traditores! Quod Regis dictum quum Richelio Cardinali referretur, vehementer commotus, non recte fecisse dixit Regem, quum, quid sentiret, aperte recluserit. — Meminit Cardinalis, — narrationis auctor addidit, — earum rerum, quas cum Fridlando ipse tractaverat. [7])

6) cf. Eigentliche Beschreibung rc.

7) cf. *le Clerc*: La vie d'Armand Jean Cardinal de Richelieu; Amst. 1714. T. II. p. 152. *le Vassor:* Histoire du règne de Louis XIII. Amst. 1705. T. VII. P. 2. p. 418.: Le Roi tres-

tentes, consuetum rerum decursum praecidunt, tum quoque utrum iure Fridlandus et accusatus et supplicio affectus esset nec ne, alii alia iactarunt.

„Man hat nichts anders reden gehört, Khevenhillerus scripsit,[3]) als von des Herzogs von Fridland Treu und Untreu; ja zu Hof und gar in den Rathsstuben hat man davon ungescheut discurirt, theils haben seine Treu aufs höchste defendirt, theils seine Untreu für gewiß versichert.“

Scriptis typis expressis quum divergentes defenderentur sententiae, dubitatio magnopere crevit.

Ipsi enim Ducis interfectores decem tantum diebus post necem praeteritis libellum, quo se defenderent, foras dederunt.[4]) Viennae accusationis liber prelis excudebatur, qui inscribitur: *Alberti Fridlandi perduellionis chaos, ingrati animi Abyssus. cum licentia superiorum. Anno* 1634. — Idem liber Viennae eodem anno vernacula lingua prodiit, et titulus quidem hoc additamento auctus: auf sonderbaren der Römisch kaiserlichen Majestät allergnädigsten Befehl.

Pictura quaedam necis Fridlandi, cui verbis subscripta erat Ducis defensio, edita est Agriae 1634. eique inscriptum: Eigentliche Beschreibung des Egerischen Pankettes.[5])

Non fuit ignotum in Germania, quantam cum Patres societatis Iesu, tum Hispaniae Rex apud Caesarem Augustum assequnti essent auctoritatem, neque quantum odium, quantae fuissent inimicitiae primis a temporibus inter Fridlandum atque Bavariae Ducem. Hos omnes, dictitabant defensores, obtrectationibus et insidiis accusatum Fridlandum perdidisse, quippe qui pacis conciliandae causa, quam illi quidem abhorruissent, iure op-

---

3) *Khevenhiller Annales Ferdinandei.* T. XII. p. 1110. fol.

4) Typis exc. iterum in: Morgenblatt 1816. n. 75—78.

5) Typis exc. in: Murr, die Ermordung Wallenstein's. Halle 1806. p. 87—96.

timo, cum paciscendi ius a Caesare Augusto iam dudum ei commissum fuisset, cum hostibus egisset, neque eum in finem, ut, quod adversarii iactarent, ad Protestantium partes transiret bellumque contra Imperatorem moveret. Fas esse animo reputare, quantopere Fridlandiae Dux de Caesare Augusto omni tempore meritus sit. Non credendum fieri potuisse, ut talis tantusque vir innumeris insuper praemiis ornatus dominum repente desereret. [6])

Quo fere modo aequalium pars, interioris illa rerum gestarum notitiae expers, proditionis maculam Fridlando Duci adspersam abluere studuit. Quid Protestantium principes ac primores hac de re senserint, quaeritur? Memoratu dignum videtur, nihil ab iis publica ipsorum auctoritate esse divulgatum. Verum si Fridlandus de pace tantum egisset cum iis, salva utilitate Caesaris Augusti fideque erga ipsum, quam ob causam id non professi sunt? Sibi ipsis enim proclamatione ea, ut nobis videtur, omnium fere aequalium animos conciliavissent, Caesari Augusto autem non solum auctoritatem, qua apud Protestantes quosdam etiamtunc fruebatur, sed etiam militum suorum fidem ac studium abstulissent, quippe qui de impetrandis impigrae et fidelis militiae praemiis desperavissent.

Tantum abfuit, ut eiusmodi quid agerent, ut Ludovicus XIII. Francogallorum Rex, quum Fridlandi exitus nuntiaretur, exclamaret: Sic omnes pereant principum traditores! Quod Regis dictum quum Richelio Cardinali referretur, vehementer commotus, non recte fecisse dixit Regem, quum, quid sentiret, aperté recluserit. — Meminit Cardinalis, — narrationis auctor addidit, — earum rerum, quas cum Fridlando ipse tractaverat. [7])

---

6) cf. Eigentliche Beschreibung ꝛc.

7) cf. *le Clerc*: La vie d'Armand Jean Cardinal de Richelieu; Amst. 1714. T. II. p. 152. *le Vassor*: Histoire du règne de Louis XIII. Amst. 1705. T. VII. P. 2. p. 418.: Le Roi tres-

Liber Baro de Feuquieres, Francogallorum in Germania legatus, 16. die m. Martis 1634. huiusmodi litteras scripsit:

„Vous verrez par la même copie, comme quoi les fourbes auxquelles le pauvre Duc de Fridland faisoit gloire d'être sçavant ont été les seules causes de sa perte, n'ayant point été eu la puissançe de persuader au Duc Bernard de prendre confiance à sa parole et par ainsi il s'est trouvée poussé des uns et point soutenu des autres." [8])

Certam de causa Fridlandi sententiam expromere neque Axelius Oxenstierna, Sueciae regni Cancellarius, ausus est, qui tamen ista consilia nunquam penitus explorare se potuisse identidem confessus est. [9])

Restat igitur tantum Fridlandi accusatio, qualis ab aula Caesaris est instituta, cui, simulac ex aliis fontibus haurire non possumus, fidem habere nequimus. Quapropter hanc aliquanto accuratius perspiciamus.

## Cap. II.

### *Rerum expositio qualis Caesaris Augusti iussu publicis scriptis est exarata.*

Omnium scriptorum, qui illius temporis historiam aequales tradiderunt, Khevenhillerus, Ferdinandi II. Cae-

chrétienne aiant appris la mort du Duc de Fridland par un courier, que Feuquieres lui dépêcha en diligence, Sa Majesté n'en parut autrement fâchée. *J'espère*, dit-elle, *que tous les traîtres à leurs Souverains auront le même sort* . . . . . . Quelqu'un courut promptement à Ruel, rapporter ce que le Roi avoit dit en présence de ses Courtisans après la lecture de la dépêche de Feuquieres: Le Roi, reprit Richelieu d'un air chagrin, pouroit bien se dispenser de déclarer si librement ses pensées.

8) cf. *Lettres et négociations*. T. II. p. 225.

9) cf. *Arkenholz* Mémoires de Christine; III. 106. *Pufendorf* Comment. de rebus Suec. Francof. 1705. fol. p. 140.

saris Augusti, et amicus et a consiliariis intimis, primus in componendis Annalibus suis Ferdinandeis, quibus Fridlandi proditionis quoque historia continetur, publicis documentis scriptisque usus est. Scripsit ille loco iam laudato:[10])

„Weil diese Irrung nun bei etlichen wohl noch haftet, und die historici, so hievon schreiben, den Grund aus Mangelung der zugehörigen Information auch nicht wissen können, so hab ich diese Beschreibung vom ersten Anfang an aus dem wahren Fundament repräsentiren wollen, und verhält sich die Sache also:"

Disquirentibus igitur nobis, quibus ex fontibus Khevenhillerus deprompserit rerum a Fridlando gestarum notitiam, quam suis inseruit Annalibus, se offert relatio Jaroslai Sesynae Raschin ad Caesarem Augustum facta latinoque sermone conscripta, quam ille in enarrandis rebus in Silesia per aestatem anni 1633. actis inprimis est sequutus. Qua quum in relatione ipse Raschin interpretem a Fridlando ad Protestantes missum sese profiteatur, fides eius, nisi forte fallaciae ac decipiendi studii ipsum arguere malumus, non est in dubium vocanda. — Typis excussa est Sesynae relatio opera Christophori Murr,[11]) quare hoc potius libro quam Khevenhilleri Annalibus nos utemur. Cuius auctoritatem sequi si volumus, hunc fere in modum paucis nobis adumbranda erit narratio.

Gustavo Adolpho Sueciae Rege vix ad Germaniam appulso, Adamus Tertscka, litteris Ratisponam missis, Sesynam multa et gravia de rebus quibusdam cum eo collocuturus in Bohemiam invitavit. Advenienti Tertscka sese non dubitare aperuit, quin Caesari Augusto irasceretur Fridlandus, quin etiam, si Caesaris hostes cum ipso

10) Annales Ferdinandei. T. XII. p. 1110.

11) cf. Murr, die Ermordung Wallensteins. Halle 1806. p. 61 seqq.

convenirent, eorum rem suam facere haud gravaretur, atque ut de hac re indicium ad Suecos deferret postulavit. Itaque Sesyna Berolinum profectus, Thurnio Comite intercedente, cum Suecorum Rege convenit, qui benevole eum excipiens, omnium Fridlandi postulatorum, si Protestantium partes amplecteretur, fautorem sese promisit. Pragam reversus collocutus est cum ipso Fridlando, qui vehementer de Caesare Augusto ingrato conquestus, quum primum securus ad Regem sibi transitus foret, transiturum se, nunc vero Gustavi Adolphi cum Brandenburgiae Saxoniaeque Electoribus coniunctionem exspectare se debere affirmavit. Iterum ergo Sesyna ad Regem profectus est, qui, Thurnio Comite monente, sua manu ad Fridlandum litteras scripsit hunc in modum: Quandoquidem a Caesare sit offensus, in rebus omnibus ad honorem eius spectantibus ipsius patrocinium sese susceptorum. Hisce litteris instructus ad Fridlandum reversus Sesyna accuratiore consiliorum eius cognitione imbutus est. Fridlandus enim, cum Gustavus Adolphus Saxonicis copiis sibi iunctis Tillii exercitum premeret civitatesque imperiales sibi subiiceret, Bohemiae expugnandae consilium cepit, decem fere millibus Suecicorum militum auxilio adiutus. Haud displicuisse videntur Gustavo Adolpho haec consilia, qui copias flagitatas a Fridlando sese missurum pollicitus est. Cum vero paullo post de clade Tillii Lipsiensi nuntiaretur, mala Caesaris Augusti fortuna exsultans Fridlandus Sesynae, nunc demum, inquit, opportunum adesse tempus, nunc mitti debere copias a Gustavo Adolpho; in Italiam sese Caesarem Augustum fugientem prosequuturum. Denuo quidem ab illo etiam atque etiam se esse rogatum, ut militibus praeesset; nihilominus in eiusdem precibus aspernandis se perseveraturum neque Boioariam e manibus se emissurum. — Sesyna iterum proficiscens Suecorum Regi in Thuringia obvius fuit. Sed praeter opinionem legati res evenit.

Nam Suecorum Rex tantum esse, Fridlando respondit, hostium numerum, ut ne uno quidem milite carere posset. Fieri quidem posse, ut Arnhemius auxiliares copias Duci suppeditaret. Quo nuntio iratus nova sibi inennda esse consilia affirmavit Fridlandus. Bohemiam enim, non Silesiam, ut primum fuisset consilium, nunc invadere debere Arnhemium, ubi, quum omnes fugituri essent, facile recuperaret victoriam. Arnhemius igitur Thurniusque haec sequuti consilia invaserunt Bohemiam, celerique itinere Leutmaritium oppidum, dein Pragam ipsam ceperunt, quam urbem Fridlandus Tertsckae tantum precibus cedens modo reliquerat. Eodem autem tempore cum Saxonici exercitus duce denuo transegit. Litteris igitur ultro citroque missis Cawnitium duces colloquendi gratía convenerunt. Sed aliter cecidit res. Fridlandiae enim Dux, omissis quae primum agitaverat consiliis, ímperium a Caesare sibi collatum sese suscepturum dixit. Quare de coalitione transigere desierunt, ac Sesyna cum Thurnio Comite in Bavariam ad Gustavum Adolphum tendit.[12])

---

12) Fridericus Försterus scripsit (Wallensteins Leben, p. 191): „In den Annalen des Grafen Khevenhüller, angeblich aus Originalschriften des kaiserlichen Archivs, wird der Herzog von Fridland beschuldigt, daß er die Schweden absichtlich geschont (sc.: in castris ad Norimbergam positis) und die kaiserliche Armada zu Grunde gerichtet habe, sondern man erfrecht sich sogar ihn anzuklagen, daß er mit dem Könige heimlich Unterhandlungen gepflogen, ihm die Gefangenen ohne Lösegeld zugeschickt hätte, wogegen ihm die Krone Böhmens zugesichert sei." cf. Förster, Briefe Wallensteins. Bd. 2. p. 249.

Quae Försteri dicta veritate omnino carent. Khevenhilleri enim Annales diligenter perscrutati neque quo loco res ad Norimbergam gestas ille narravit (Tom. XII. p. 157—176.), neque quo Sesynae relationem suis adiunxit (ibid. p. 1120 seqq.), Fridlandum consilio Suecis pepercisse accusatum invenimus. Quod autem attinet ad ea, quae de Fridlandi pa-

**Pugna autem ad Lucenam commissa mortuoque Suecorum Rege, vetera Fridlandus consilia resuscitavit. Sesyna enim Tertsckae litteris iterum Pragam invitatus**

---

ctionibus cum Gustavo Adolpho actis scripsit Fr. Försterus, eorum quidem mentionem fecit Khevenhillerus, sed longe alia quam ille ratione. Scripsit enim Khevenhillerus XII. p. 160. Herzogs von Fridland Intent aber war, die Stadt Nürnberg und den König so lange bloquirt zu halten, bis sie durch Mangel und Abgang des Proviants und andrer nothdürftigen Sachen dahin gebracht und gezwungen würden sich mit ihm in einen Accord einzulassen; wie er dann indessen von Ihro Majestät zu unterschiedlichen Malen Vorschläge zur Aufrichtung eines Friedens und zur Tractation eines Stillstandes der Waffen begehrte; auch deswegen den schwedischen Oberst Düwald, welcher bei Neumarkt gefangen worden, neben etlichen andern Gefangenen ohne Entgeld und Razion wieder auf freien Fuß stellete und mit stattlicher Verehrung dem Könige zuschickte."

Nulla igitur Bohemiae coronae mentione facta pergit Khevenhillerus:

„Weil er aber (Fridland) einen solchen Frieden suchte, welcher dem gemeinen Wesen ihrem Vorgeben nach nicht vortheilhaftig, wollte der König sich zu keiner Tractation verstehen."

In libro vernacula lingua conscripto, qui inscribitur: *Perduellionis Chaos*, haec verba sunt: (Murr Beiträge zur Geschichte des dreißigjährigen Krieges. Nürnberg 1790. p. 217.)

Als hat er (der König von Schweden) letzlich unser Lager selbsten angefallen, ist aber durch göttlichen Beistand mit großem Verlust abgetrieben worden, und seine Retirada in großer confusion und Unordnung nehmen müssen. Dabei, obwohl alle hohe Offizier für gut befunden sich dieser occasion zu bedienen und bei solcher des Feindes Unordnung darauf zu setzen, inmaßen dann auch alle vom Feindt bekommene Gefangene ausgesagt, daß man den Feindt damals aufs Haubt hett erlegen können, so ist doch gleichwohl ganz nichts geschehen. Ob aber solches aus prodition und bösem Vorsatz oder aus solchen Ursachen beschehen, daß der Fridländer a dolo purgiret werden könnte, inmassen denn etliche wohl der Meinung gewesen, ließ man,

quum advenisset, comperit, missum iam esse Bubnam Comitem a Fridlando ad Suecorum Cancellarium, interrogatum, utrum Protestantes Waldsteinium Bohemiae regnum affectantem adiuturi essent. Eodem tempore Fridlandus iisdem de rebus cum Arnhemio Thurnioque, Protestantium in Silesia exercituum ducibus, agere coepit; quod ut facilius procederet, inducias cum hostibus fecit. Quamquam responsum haud iniquum Oxenstiernae Bubna retulit, Fridlandus tamen astrologicis, ut Tertscka dixit Sesynae, quaestionibus indulgens, cunctando tempus trivit. Induciis mense Augusto denuo restitutis Arnhemius, ut Suecorum Cancellarium de Fridlandi consiliis certiorem iisque propitiorem redderet, Gelnhusam ad eum profectus est. Sed consilia iterum irritata sunt. Nam in Silesiam reversus cum Fridlando congressus Arnhemius Thurnio scripsit: non constare sibi Fridlandum ut qui consociatis sibi Brandenburgiae Saxoniaeque Electoribus Suecis bellum vellet inferre; se detestari. Tum Fridlandus, Suecis ad Steinaviam victis, celeriter totam fere Saxoniam Marchiamque Brandenburgicam in suam potestatem redegit.

Anno 1633. exeunte Sesyna Pilsnae, quod oppidum est Bohemiae, cum Tertscka tertio congressus est. Hic omnes, qui a Fridlandi partibus stabant, opus esse censuerunt, ut Fridlandus, praesertim cum et tribuni militum Caesaris et Bernhardus Saxonico-Vinariensis Dux propitii essent, obedientiam Caesari quam primum denegaret, illoque debellato Bohemiae regnum capesseret.

Quo facto Sesyna ad Oxenstiernam, Wenceslaus

---

so viel diese Geschichte anlangt, an seinen Ort gestellt sein.

Optimo igitur iure mirari nos possumus tam obiter legisse Khevenhilleri Annales Fridericum Försterum, quamquam ipse permultis in locis vel saepissime historiarum scriptores negligentiae atque fraudis arrogantissime accusavit.

quidam Rabenhaupt ad Francogallorum legatum missi sunt. Cancellarius autem Suecorum etiamtum prudenter respondit: antequam non publice Fridlandus a Caesare descivisset, verbis illius fidem se dare non posse. Omnia commutata: Fridlando mortuo, Sesyna rediit ad Arnhemium, qui, quod cunctando rem produxisset, Fridlandi mortis causam sibi adscribens funestum amici exitum deploravit. Felicius autem pactiones cum Francogallorum legato processerant, qui amplissima a Rege instructus auctoritate nobilem quendam virum eumque sibi affinitate coniunctum, ut finiret res, celeriter in Bohemiam miserat. Huic Zwickauiae de Fridlandi nece nuntius est allatus.

Haec Sesyna de Fridlandi proditione ad Caesarem Augustum retulit.

In hac autem relatione accuratior quaedam cum rerum cum Francogallorum legato actarum, tum vel maxime ultimorum Fridlandi in Bohemiam reversi consiliorum notitia desideratur. Sed non est quod miremur, quum de iis tantum, quibus ipse interfuisset, rebus ad Caesarem ille retulerit. Uberior autem et accuratior Khevenhilleri de his rebus est enarratio, quem, quum ex fontibus publica fide praeditis hauriret, eandem quae fuerit Caesaris atque aulae expromere ratus sententiam haud erraveris. [13])

Dum enim Fridlandus induciis iterum sublatis ad Steinaviam Thurnii comitis capto exercitu celeriter totam fere Lusatiam Marchiasque Brandenburgicas usque ad Francofurtum ad Viad. recuperat, ab alia parte Bernhardus, Saxonico - Vinariensis Dux, completo exercitu Bavariam invasit, ita ut omnibus fere eiusdem castellis occupatis Ratisponam obsideret. Multis ergo legatis litterisque Viennam missis vehementer Maximilianus, Bavariae Dux

13) cf. *Annales Ferd.* T. XII. p. 1110.

auxilium a Caesare Augusto petiit, qui metuens ne Ratispona capta in Austriam Bernhardo Duci aditus pateret, quam celerrime se subventurum pollicitus est. Fridlandus autem, cui a Caesare Augusto, ut Bavariae Duci succurreret, mandatum erat, lentissime tantum progressus, Ratispona capta in Bohemiam exercitum re infecta ad hiberna reduxit. Qua re valde offensus Caesar Augustus denuo Fridlandiae Duci mandavit, ut cum exercitu adversus hostes proficisceretur, aut si id fieri non posset, Bohemia, quae priore iam tempore vexata proditaque esset, relicta, in hostium terris milites in hibernis collocaret. Sed frustra. Fridlandus enim cum convocata militum praefectorum concione Caesaris Augusti communicavit iussa, quorum cum sciscitatus esset sententias, iussis omnino satisfacere se non posse respondit; milites et fame et belli laboribus defatigatos, si expeditio hiberna susciperetur, plane interituros. Misit deinde ad Fridlandum Caesar Augustus Quirogam, Capuzinorum ordini addictum, qui eius consilia exeunte iam anno 1633. Viennae percrebescentia clam exploraret. Brevi igitur temporis spatio interiecto Fridlandus iterum militum praefectos, ut consiliis suis redderet propitiores, Pilsnam convocavit. Quibus quae dixit, haec fere sunt: „se non posse in posterum exercitui praeesse, se imperio sese abdicaturum, quum calumniis insinuationibusque eorum qui in aula Caesaris essent, impediretur, quominus et exercitui et Caesari consuleret." Omnes obstupuere: nam ut milites conducerent, moti erant nonnisi auctoritate Fridlandi, quo exercitui praeesse dedignante, pecuniam in rem Caesaris Augusti expensam desperaverunt recuperandam. Igitur dubitatione facta praefecti militum pacto litteris tradendo se, quamdiu Caesari fidem ille servaret, nunquam deserere Ducem velle obstricti sunt; at Fridlandus ipsis insciis nunquam imperium se depositurum promisit. Quo omnes gavisi eventu apud Illo ad coe-

nam convenerunt, inter quam litteras, de quibus modo diximus, ratas habendas acceperunt, subdititias quidem, verbis, quae ad fidem Caesari servandam spectarent, omissis. Sed fuerunt qui non plane consentirent. Quo facto postero die Scherffenberg et Schafgotsch, militum praefecti, hic in Silesiam, ille in Austriam profecti sunt, tribunos militum ibi commorantes eisdem artibus corrupturi. Caesar Augustus autem, quae moliretur Fridlandus accurate compertus, eum exercitu amovit, et praefectos iam sibi reconciliatos, ut irrita facerent ducis consilia, mandatis instruxit. Tum Fridlandus, omnibus fere praefectis ad Caesarem desciscentibus, Pilsnam relinquens Agriae, Bernhardo Saxonico-Vinariensi Duce cunctante, vicesimo quarto m. Febr. die interfectus est.

## Cap. III.

### *Fridericus Foersterus.*

Quamquam igitur Khevenhillerus et copiosius et publicis, ut ex ipsius verbis colligere licet, subsidiis litterariis instructus rerum, quas Fridlandus molitus est, memoriam tradidit, tamen ei non contigit, ut omnem apud posteros dubitationem tolleret. Perscrutantibus enim accuratius Fridlandi historiam semper sunt nonnulla reperta, quae, quia auctor Austriacus documenta ipsa non adiecit, dubitationi veritatis speciem suppeditare possent. Quid enim? Qui factum est, quaeras, ut Fridlandus, si quidem ei anno 1633. in Silesia cum Evangelicis inducias paciscenti a Caesare Augusto desciscendi fuit animus, cunctando tempus tereret pactionesque ad finem paene adductas identidem tolleret? Quod Ratisponae a Bernhardo Duce obsessae opem ferre iussus a Caesare Augusto cunctatus sit, quod exercitum re infecta in hiberna Bohemica reduxerit, id quod Khevenhillerus ut proditionem ei exprobaverit, — haud difficile

excusari posse censuerunt. Imminuisse aspera hiemis tempora, pristinae in Silesia Marcisque Brandenburgicis factae expeditionis laboribus ita vexatos et defatigatos fuisse milites, ut, si hostes una modo e pugna decessissent victores, omnes Caesaris vires fuissent fractae; at facili opera castella iam ab hostibus occupata ineunte anni 1634. aestate in Caesaris Augusti potestatem redigi potuisse. Quantis autem in tenebris esse id, quod Pilsnae Fridlando auctore actum esset! Quem non ignorare clausulam ad Caesarem Augustum pertinentem, quam in famosis istis litteris reticuisse Fridlandum Khevenhillerus referret. Fridlandum porro ita egisse, ut Caesari Augusto faventi suis inimicis, qui animum eius a Fridlando alienum potissimum, ex quo denuo de exercitu pacti essent, auxissent, quantus esset militum erga se amor, ostenderet. Nullo omnino Fridlandum a Caesare Augusto desciscere voluisse documento probari posse: nam utique mirari oportere, cur non principes e gente Habsburgica acta litis in eum intentae publici iuris fecissent, itaque id, quod Ferdinandus lepide dixisset, refutantes: „Ducis crimen esse multo minus atrox quam ipsius inimici paulo malignioribus animis figurarent." [14]) Quid? quod et Ferdinandi Caesaris Augusti posteri ipsi, num Fridlandus iure occisus esset, dubitavissent? Quem in modum Leopoldum Caesarem Augustum anno 1673. Pragae aliquot dies ad copias contra Francogallos contractas commoratum inspiciendas cuidam consiliariorum in Fridlandi aedes digitum intendenti verbis: „Ecce domus proditoris; respondisse, num certo sciret, Fridlandum fuisse proditorem." Ita enim in manu scriptis narrare Minellium, quendam Agriae magistratum, qui multa ad Fridlandum spectantia inprimis e Patris Sergii Friderici Franciscanorum ordini adscripti compilasset. [15])

14) cf. *Riccius*, p. 449.

15) cf. Murr Beitr. zur Geschichte des 30jähr. Krieges p. 361.

Omnibus quae modo memoravimus argumentis, ut Khevenhilleri narrationem in dubium vocaret, induci se passus est Fridericus Foersterus nonnullorum antecessorum vestigia premens. Qui vir eximia sagacitate excellens et multis documentis ineditis et Fridlandi aliorumque aequalium epistolis in vulgus emissis Fridlandiae Ducem vel minima proditionis suspicione liberare posse sibi visus est. [16]) Etenim opinatur idque demonstrare conatus est Försterus delationibus externae cuiusdam factionis in exercitu et Caesaris Augusti aula machinantis, quae ipsi audit strictim „Italico-hispanico-catholica", interiisse Fridlandum. Hunc enim omnibus viribus pacem restituere voluisse, quam vero illa magna Viennae potentia gavisa respuisset.

Ex hoc igitur pacis restituendae studio, quo Fridlandus Germaniam externis populis patrio solo eiectis a multis magnisque calamitatibus liberare voluerit, omnem rerum annis 1633—34 gestarum connexum repetendum esse opinatur Fridericus Foersterus. Quo enim animo denuo inceptis cum Evangelicorum parte actionibus eum sperasse fore, ut Electoribus Saxoniae et Brandenburgiae Caesari Augusto reconciliatis aut omnino pelleret Suecos, aut aequam iungeret pacem. Ita non hispanicam solum in Caesaris Augusti aula multa valentem factionem a se alienasse Fridlandum, verum etiam exercitus ipsius praefectorum animos, qui victum sibi divitiasque bello paraturi omnino a pace abhorruissent. Hanc factionem, ut, suspectis redditis cum Evangelicorum parte pactionibus, amotus Fridlandus ab exercitus imperio proditionisque accusatus, interficeretur, a Caesare Augusto impetrasse eo facilius, ex quo Dux Bavariae quoque iam pridem Fridlando infestus partes illorum esset amplexus. Quanta autem iniuria dam-

---

16) cf. Fr. Förster Albrecht v. Wallensteins ungedruckte Briefe 2c. Berlin 1828 und 1829 (3 Bände). F. Förster Wallenstein, Herzog zu Mecklenburg, Friedland und Sagan, als Feldherr und Landesfürst. Eine Biographie. Potsdam 1834.

natus esset, iis potissimum egregie probari, quae de causa eius acta essent. Nam omnium reorum ne ullum quidem proditionis convictum esse. Nunquam Suecos ceterosque Protestantium Fridlandi propositis fidem dedisse, nullas litteras ad proditionem pertinentes, quas sua manu exaraverit Fridlandus repertas, qua re non parvum eius innocentiae accedere firmamentum.

Ita et rerum rationi et virorum ipsorum ingenio contraria subditur interpretatio. Pactiones a Fridlando in Silesia inceptae, quas ut proditionis documenta Caesaris Augusti consiliarii exprobarunt, Friderico Foerstero ad Caesaris Augusti utilitatem referuntur, tamquam Saxones et Brandenburgicos ei reconciliaturae. Quod Fridlandus in Bavariam lento profectus sit, ut Bernhardum Ducem Caesare Auguso iubente pelleret Ratisponamque liberaret obsidione, id quod accusatoribus proditionis est argumentum, fidem egregie probare putatur F. F., quum Fridlandus ea ratione exercitum, in quo omnis Caesaris Augusti fortuna posita fuerit, a certo interitu servaverit.

Tali modo id quod accusationis corroborandae causa allatum est, Foersterus in Fridlandi defensionem vertit. Quod vero si comprobamus, quam aliam omnes, qui eo tempore partes egerunt, naturam induunt? Quid? Fridlandus ille „vir inquies et ferox", [17]) quem superbia valde elatum, supra omnem modum arrogantem, iracundum aequales descripserunt, [18]) qui implacabili odio adversarios persequens, homines moderati contentique animi invalidos sive mente captos nominans, audaces tantum ferocesque laudibus extollens omnino temeritatem pro vera sapientia habebat et gloriae cupiditatem dictitabat facem, quae magnis rebus gerendis praeluceat [19]) —

17) *Riccius* 173. 191.

18) cf. *Grammont* Memoir. I, 15. *Burgus* 279.

19) *Pappus*. 41. *Gualdo Priorato* 29, 67, 167—169, 218.

verum tamen hic vir, si Förstero credimus, ita pacis amans, ita libenter hostibus ignoscens, ita velociter consilia ferocia ponens, ut potentiam in ducendo exercitu sitam mittere mallet quam tranquilla frui vita atque otiosa! Nimirum Ferdinandus II. ducem fidelem atque egregie de se meritum ingrato animo gratiae speciem prae se ferens interfici iussit

Omnimodo consiliarius noster F. Försterus Caesaris famae studuit elevandae. Num verisimile est aequales ad unum omnes iudicium de Fridlando ferentes recta aberravisse? Omnium ne uni quidem, ut mores eius perspiceret, contigisse? Sane est igitur quod vereamur, ne Fr. Försterus non acquiescens lauris poeticis et philosophis intra fines historicos sinistro Marte meruerit stipendia! Quod ut existimemus iam alia cogunt. Singulas enim Försterianae defensionis causas indagantes vel veritate vel monumentorum publicorum fide et auctoritate carentes vel plane sibi contradicentes reperimus. Nam ex isto pacis restituendae amore,[20]) quo incensus cum Evangelicis Fridlandum egisse Försterus vult, quaenam res gestae profectae sunt?

Provocat quidem Försterus ad id quod cum Saxoniae et Brandenburgiae Electoribus in Silesia anno 1633 et Leutmaritii anno 1634 egerit Fridlandus, sed etiamsi eius, quod hae ipsae pactiones Caesaris suspicionem excita-

20) Förster, Wallensteins Leben, p. 153. „Diese eifrige Bemühung Wallensteins um den Frieden, war es nun vornehmlich, wodurch seine Feinde, insbesondere Piccolomini und die andern Italiener, welche das Leben vom „Stegreife“ in Deutschland sehr einträglich fanden, immer mehr veranlaßt wurden, ihn bei dem Kaiser zu verdächtigen, um sich seiner sobald wie möglich entledigen zu können. Mit ihnen verband sich die spanisch-katholische Parthei, welcher jede Unterhandlung mit den Ketzern ein Greuel war, weshalb sie den Herzog längst mit Gift und Dolch verfolgten.“

taverint, rationem habere nolimus. Foersterus petit principium, quod dicunt, amorem pacis postulando. Ex ratione autem, qua scriptor rerum admirabili quidem ingenii acumine disquisivit, nihilo secius eum non satis diligenter studia aequalium rimatum esse apparet.

Haec autem sunt verba: [21])

Um das Benehmen des Herzogs in diesem Jahre (1633) zu verstehen, ist es mehr als sonst nothwendig, uns an das zu erinnern, was er sich zu seinem Ziel und zur Aufgabe seines Wirkens gemacht hat. Zuvörderst wollte er das Haus Oestreich aus diesem Kampfe siegreich herausführen, er wünschte zugleich dem deutschen Reiche, sobald als möglich, einen dauerhaften Frieden zu geben, und als das nächste Mittel hiezu erkannte er: Vereinigung der Kurfürsten von Brandenburg und Sachsen mit dem Kaiser und Vertreibung der Schweden vom Reichsboden. Um hierzu zu gelangen, knüpfte er sehr angelegentlich Verhandlungen mit den Befehlshabern des Kursächsischen Heeres, dem Herzoge Franz Albrecht von Lauenburg und dem Generallieutenant Arnim, an; *die Schweden zog er nur dann, wenn er es nicht vermeiden konnte,* in die Verhandlung, benutzte die erhaltenen Waffenstillstände zu neuen Rüstungen, und fiel über die sicher gemachten Feinde her, eh sie sich's versahen. Eben so großen Vortheil suchte er aus dem gegenseitigen Mißtrauen der Feinde untereinander zu ziehen, welches er dadurch unterhielt, *daß er bald diesem bald jenem bessere und größere Versprechungen machte, und dem einen weiter aussehende Plane als dem andern eröffnete.* Nicht zu übersehen ist jedoch, daß bald aufs Neue ein Mißverhältniß zwischen dem kaiserlichen Hofe und Wallenstein eintritt, welches geschäftiger böser Leumund durch das Gerücht zu vergrößern und Wallenstein mit Ferdinand mehr als jemals zu verfeinden sich bemüht. Friedland selbst nützt dergleichen Gerüchte, um noch mehr Ver-

21) Förster, Wallensteins Briefe ꝛc. Bänd 3. p. 16. ff.

trauen bei den Feinden zu gewinnen; die Schweden und Sachsen halten ihn eben sowohl als die Franzosen schon zu Anfange des Jahres zum Abfall vom Kaiser geneigt; bis gegen Ende des Jahres weiß Wallenstein sie in diesem Glauben zu erhalten."

Falsa sunt fere omnia, quae his verbis disputavit Fridericus Foersterus, quamobrem quibus e fontibus ea deprompserit libenter scire cupiamus.

Quis omnium historiae scriptorum, nova enim F. F. hoc loco non suppeditavit subsidia, etiam leviter Fridlandi istum pacis amorem significavit? [22])

---

22) In omnibus, quae in lucem prodidit, Foersterus documentis, nullam Fridlandi tam vehementer pacem petentis mentionem invenimus, nisi in epistola quadam a Trautmansdorfio Comite 27. Nov. 33. ad Caesarem scripta, qua ille Fridlandum Pilsnae aggressum hoc de conventu retulit. Scripsit ille: „Er (Wallenstein) beteuer bei seinem aydt, werde nicht friedt, so wolle er mit 8 oder 10 Personen nach Danzig und dort alles Endts erwarten." Trautmansdorfius addidit, iratum fuisse Fridlandum haec dicentem, „er habe das meiste vor sich selbst ausrauchen lassen."

*Foersterus* Fridlandi vitae p. 233. haec Trautmansdorfii verba inseruit: „Heut Nachmittag ist der Herzog wieder 4 Stund bei mir gewest, alles das, was er gestern geredt, hat er wohlbedächtig repetirt, und was die tractatus pacis betrifft, wollt er sich mit den particularpunkten nicht beladen, aber der tractat sei bei Hof oder anderwärts, wird es ihm lieb sein, daß E. K. M. ihn über die vornehmen Punkte vernehme, damit er einen favor bei dem Reiche erlange, daß er auch bei tranquillitirung desselben etwas gedient habe."

Talibus quanto Fridlandus pacis amore affectus fuerit, probari putavit. Fridlandus autem non ut ex epistolae verbis a Foerstero excitatis elucere videtur, *sua sponte* se ad istas de pace pactiones communiter agendas obtulit, sed contra *iis a Trautmansdorfio primum propositis* annuit. Scripsit enim Trautmansdorfius *iam supra* iisdem in litteris: „In diesen Punct der Friedenshandlung, Allergnädigster Kaiser und Herr khündte dem H. v. M. haimb gestellet werden, daß

Quin immo Fridlandi epistola quaedam ad Galassum eodem tempore scripta, ab ipso Foerstero prolata, contrarium eius probat studium. Scripsit enim Fridlandus:

„Aus des Herrn schreiben vernehm ich was er durch herrn Schaffotsch mit dem Herzog von Brieg tractirt hat, welches ich an seinen Weg lasse, aber hinführo lasse der Herr **mit niemandsen tractiren**, den solche tractaten prejudiciren uns höchlich. — — Was H. Franz Albrecht begehrt, den selben kann der Herr mit gutten worten beantworthen undt das er mir deßwegen zu schreiben wird zu verstehen geben. **Sonsten wird unser her dies werk durch Wafen undt nicht durch Tractaten decidiren**; ich glaub wol, das die Schweden friedt begehren, denn sie wollen nach haus und habens vrsach; die beyde Churfürsten sehen selbsten ein, in was vor labirint sie stecken, aber vorm Jahr haben sie den Frieden nicht abbraciren wollen, **drumb ist izunder vor sie occasio calva.**“ 23)

Foersterianae vero eorum, quae cum hostibus egerit

---

er seither von E. K. M. wegen handelte und von E. K. M. Commissariis in den particularibus punctis, waß E. K. M. intention sein, undt in der Instruction begriffen, information empfinge; oder aber, da er nicht wollte oder konnte selbst handeln, daß die commissarien mit seinem vorwissen und communication (wie ihnen solches ohne das in der instruction befohlen) handelten. Da auch gar sollt die tractation an E. K. M. Hof gezogen werden, **hielte ich in alle wege rathsam**, die vornehmeren Puncte mit Ihme Herzogen zuvor conferiren zu lassen und sein guetachten einzuholen, damit die Stendt des Reiches auch seine Bemühung undt cooperation bei diesem Werk zu verspüren hetten. **Jedoch seindt dies nur meine einfeltigen unmaßgeblichen Gedanken.**“

Perbene ex his verbis, quae quidem Foersterus in Fridlandi vita typis non describenda curavit, perspici posse putamus non Fridlando, sed Caesari primum paciscendi studium voluntatemque fuisse. —

23) Förster, Wallensteins Briefe. Bd. 3. p. 20.

Fridlandus, interpretatio omnino refutatur a Chemnitio, cuius libris, quos de bello Suecorum in Germania gesto Oxenstiernae auspiciis conscripsit, haud spernenda auctoritas tribuenda esse videtur. Quo auctore Fridlandus omnibus cum Saxoniae Brandenburgiaeque Electoribus factis pactionibus etiam Suecos interesse passus est. Primis in Silesia pactis induciis Thurnium Comitem, qui Suecici exercitus parti praefuit, acciri ipse Fridlandus iussit, atque in iis, quae de societate ineunda Evangelicis proposuit, etiam cum Suecis pacem pangere se velle memoravit. [24]) Quibus de pactis tum Oxenstierna Suecorum Cancellarius a Bubna Comite, tum Electores ab Arnhemio Saxonici exercitus duce certiores facti sunt. [25]) Fridlandum autem, quum induciis iterum compositis ageret, cum Evangelicis Suecos quoque his rebus implicuisse inde colligendum est, quod ut Suecici exercitus pars et Holkii copiae caesarianae coalescerent postulaverit.

Cui rei ut Oxenstiernam Cancellarium redderet propensorem, Arnhemius Gelnhusam ad eum profectus est; quo facto Steinakerus militum Suecicorum tribunus ad Fridlandum missus est secreta eius consilia exploraturus. [26])

Omnibus ergo, quae cum Evangelicorum parte transegit, sponte neque necessitate coactum, ut Foerstero videtur, Suecos Fridlandum adhibuisse apparet. Contra

24) cf. Chemnitz Schwedisch-deutscher Krieg. Th. 2. Stockholm 1653. fol. p. 135.

25) ibid. p. 136. 160.

26) ibid. p. 191. Communicavit quidem nobiscum F. F. verba quaedam e Fridlandi epistola 2d d. Septbr. ad Arnhemium scripta: „Ich bedaure, daß der Herr ins Reich reisen will, denn auf diese Weise kann das Werk keinen Bestand haben." cf. Bd. 3. p. 67. Sed cur non totam hanc epistolam, quae maioris momenti quam multae aliae esse videtur, typis excudi iussit Foersterus, quoniam e totius tantum connexu intelligi potest, quam his verbis sententiam expresserit Fridlandus.

quod tu dices fortasse: iisdem rebus illum revera pacem componere voluisse probari, neque erravisse Foersterum de vehementi eius pacis amore disserentem. Sed non pacem solum, verum etiam societatem cum Evangelicis contra Caesarem pacisci voluisse Fridlandum, auctores tradunt, quare hunc pacis amorem ad alia quam Foersterus ne uno quidem allato argumento censet, spectasse facile intelliges.

Verum etiam inter se dissentiunt, quae de Fridlandi consiliis disputavit Foersterus. Id cum Evangelicis Fridlandum egisse ille autumat, ut Saxoniae et Brandenburgiae Electores ad Caesaris partes traheret. Quod vero tali ratione impetrare Fridlandus omnino non potuit. Nam omnes harum rerum scriptores unanimi consensu narrant, a Caesare defecturum et Evangelicorum partes sese amplexurum eum promisisse. Nova et sane inaudita transigendi est ratio, quum quis ad suas partes adversarios ducturus, ipsorum partibus fauturum sese pollicendo id impetrari posse opinetur. Itemque res in Silesia gestae a Fridlando eodem quidem tempore Chemnitio auctore, et cum Suecis et cum Electoribus germanicis, de iisdem quidem consiliis transigente satis declarant, neque discordiae inter Evangelicos excitandae, neque Electoribus Caesari reconciliandis eum studuisse.

Similiter enim alia quoque argumenta, quibus Fridlandum a proditionis crimine defendere posse sibi visus est Fridericus Foersterus, haud difficilia sunt refutatu. Unum tantum, ut nos putamus, adminiculum defensioni substernere potuit, quippe quod ex his, quae de proditionis causa acta sunt, reorum ne unum quidem confessum esse apparet. At insignes participes et capita coniurationis Fridlandianae Agriae cum Duce interfecti sunt! Eorum autem, qui criminis rei facti sunt, nemo unquam coniuratum esse infitiatus est! Quin etiam omnes in scriptis, quae Caesari vel iudicibus, ut crimine se pur-

garent, tradiderunt de Fridlandi coniuratione ac proditione, tamquam de re in dubium omnino non vocanda, loquuti sunt, atque se ipsos tantum criminis conscios fuisse negant. [27])

Praeterea omnes militum tribunos incepti facinoris

27) E libello a Wesseliis fratribus, qui Fridlando ab epistolis erant, Caesari Augusto defensionis causa tradito, perspicue, quae supra diximus, intelligere licet. Scripserunt illi: (Förster, Wallensteins Leben, p. 452 seq.) All dieweilen uns aber die von der ganzen Welt unverhoffte Fatalität so weit betroffen, daß wider unser Gemüth, Wissen und Vorsatz, so wir mit Gott Gewissen und der ganzen kaiserlichen Soldatesca bezeugen können, die allerabscheulichste Conspiration, so nie erhört — angesponnen worden, so consoliret uns doch, daß wir zu einiger angesponnenen consultation oder expedition wissentlich oder vorsätzlich niemals gezogen, viel weniger cooperirt, besondern ich Balthasar Wesselius sobald ich vermerket, daß man mit widerwärtigen praejudicirlichen consiliis umginge, zu meiner salvirung und dadurch Anlaß zu geben, damit einzige confidenz auch meine Person darunter nicht gesetzt werden möchte zum öftern cathegorisch und öffentlich gegen alle diejenigen, so den meisten Acceß zu dem Fridländer und die größte Libertät ihm was sie gewußt zu referiren gehabt, protestirt und contestirt, daß von Allerhöchstgedachten Kaiserl. Maj. und Dero höchstwerthen Erzhauses Diensten ich in Ewigkeit nicht aussetzen, sondern darinnen auch mit Verlust meiner Wohlfahrt und Lebens zu verharren, auch auf solchen Fall, da etwas wider Dero Hoheit mir zugemuthet werden sollte, licentiiret zu sein, gemeinet und begehret, — welche meine zum öftern wiederholte pro- und contestationes auch so viel verursachet, daß vorige vom Fridländer mir erwiesene Liebe und zu meiner Person gesetztes Vertrauen in lauter disaffectation und discredit verwechselt; ich nochmals, wie hoch ich mich auch beflissen meinen Dienst Satisfaction zu thun, anders nicht als übel angesehen und tractiret, unterschiedlich auch vor einen traditore gescholten. . . . .

p. 453. „Nicht ohne aber ist, daß ich Balthasar Wesselius durch allerhand coniecturen penetrirt und vorgesehen, daß was Neues und Widerwärtiges im concept und

conscios Fridlandum reddidisse non est credibile. Litterae enim istae, quas Pilsnae ratas habuerunt, tribuni militum Fridlandus certo in eum tantum finem ab iis elicuit, ut et apud hostes exercitus fidei documentum haberet, et illos consiliorum quidem inscios, quum conspiratione patrata ista approbatione Caesari suspectos se factos esse intelligerent, facilius deinde ad consilia sua adiuvanda commoveret. Neque est quod miremur nullas invenisse interfectores litteras a Fridlando ipso conscriptas, quibus criminis ille convinci posset. Nam magnum earum numerum brevi antequam interfectus sit Agriae igne eum delevisse, ad Caesarem Galassius, exercitus caesariani praefectus, retulit, [28]) neque omnino mos obtinet hunc in modum transigendi per litteras a paciscentibus ipsis conscriptis, sed plerumque id fieri solet per interpretes quosdam interpositos.

Id vero quod in Fridlandi defensione a Foerstero suscepta maximi nobis momenti esse videtur, silentio fere, novis quidem documentis subsidiisque non adhibitis, auctor ille praeteriit. Quum enim delationibus et accusationibus apud Caesarem adornatis ab Hispanorum Italorumque factione quadam, quae quidem pacem a Fridlando optatam aspernata esset, de imperio deiectum necatumque esse eum F. Foersterus existimaret, opus fuisse putamus, ut huius factionis insidias in Caesaris aula structas describeret et documentis probraret, quia tali tantum ratione ea quae contenderit vera esse probari potest. Frustra. Magnam quidem epistolarum copiam a viris, quos Foersterus istius factionis fuisse censet, scriptarum in vulgus edidit, quarum pars ad ea, quae Caesar, ut consilia Fridlandi irrita redderet, decrevit, pars ad

---

unter der Feder seyn müsse, welches mir auch Anlaß gegeben, mir durch vorberührte pro- und contestationes zu vigiliren . . . . . . .

28) cf. *Epistol. Galassii* 28. Febr. apud *Foerster.* Vol. 3. p. 351.

ea, quae Fridlando iam interfecto ab exercitus caeseriani praefectis gesta sunt, spectant. Magnopere quidem illustratus est hisce litteris rerum eventus, quamobrem maximas Foerstero agimus gratias, sed quibus causis quorumque virorum auctoritate sive consilio ductus Caesar ab imperio amoverit Fridlandum, nullo modo ex iis intelligitur. Attamen notitia eorum, quae in aula acta sunt, ante Fridlandi interitum, maximi videtur esse ponderis in disquisitione, utrum iure damnatus sit Dux, an probabilis sit Foersteri de factione illa sententia. Nunc autem his litteris id tantum comperimus, quibus viris Caesar causam mandaverit, neque tamen quinam viri fuerint, quorum accusationibus et insidiis Fridlandus perditus sit.

Perscrutati igitur rationem, qua Foersterus res a Fridlando gestas interpretatus est atque defendit, haud pauca, quae aut veritate omnino documentisve carent aut inter se pugnant, invenimus ita, ut veram esse eiusdem rectamque sententiam non credamus.

Nam neque omnino assensu dignam nobis ingredi viam videtur, qui in disquisitione aliqua historica rerum gestarum naturam, a scriptoribus memoriae traditam, contraria ratione interpretatur, et ita omnia plane conturbat, ac tum imprimis improbanda est haec ratio, quum ad novam, quae proposita est, vindicandam sententiam res veritate documentisve carentes quasi summa auctoritate firmatae protrahuntur. Rectius autem nos facere putamus, quum, accuratissime quidem rerum perscrutati naturam atque ea, quae sibi dissideant vel falsa sint amolientes, tamen universam, quam tradiderunt aequales, rerum explicationem teneamus, etiamsi quo modo implicitae sint, non plane nos intellexisse libenter fateamur. Saepius enim fieri solet, atque Foerstero quoque accidit, ut dum liberata partis alterius ab omnibus maculis innocentia, bene meruisse quis credat, ipse par-

tem alteram criminis, quod non minus dubitari possit, in deterius vertat, talique modo idem peccet, quod apud antecedentes scriptores vehementer vituperaverit.

Nos igitur Fridlandi res gestas explicaturi duos diversos illos errores, ut quantum fieri potest, evitemus nitemur. Quas inde a pugna ad Lucenam commissa eiusmodi fuisse ostendemus, ut non solum iure optimo suspicionem Caesari Augusto excitarent, verum etiam consilia, quae illius saluti minime inservirent, Fridlandum molitum esse probare videantur, simul quae Imperator, ut ista consilia irrita redderet, mandavit, defendemus, nostram quidem sententiam eandem esse quae ab illo de universo genere futuro iudicio ferenda sit minime arbitrantes. [29])

## Cap. IV.

### *Quaenam tum publicarum rerum rationes fuerint.*

In medio isto bello per triginta annos inter Catholicos et Protestantes in Germania gesto omnis res nostra versatur.

Quum Sacrorum ecclesiaeque reformatio Maximiliano II. et Rudolfo II. imperantibus prospere processisset, ita ut totius fere Germaniae sibi conciliaret animos Rudolfi II. senescentis iam tempore paullulum inhibita; mox plane substitit. Non aperte quidem bello a Catholicis illato factum erat, ut reformatio non amplius proficeret,

29) Praeclarum illud Schellingii philosophi dictum: „die Weltgeschichte ist das Weltgericht“ falsissime interpretatus est Fr. Foersterus, quippe qui sibi ipse sumserit illud iudicium. Scripsit enim (Wallensteins Leben, p. 307.):

„Das Flüstern der Pfaffen wird übertönt von der schmetternden Posaune des Weltgerichts, und von dem Schuldig, welches die Geschwornen der Weltgeschichte auch über einen Kaiser auszusprechen Muth und Macht haben.“

sed pactis prioribus temporibus cum Evangelicis initis per speciem servatis occultas Catholici struxerant insidias. Discordiam enim ipsorum Evangelicorum in utilitatem suam callide convertentes Patres inprimis Societatis Jesu, adiuti insuper sententiis deferretur ad iudicium Imperatoris Viennense in Catholicorum commodum latis effecerant, ut sensim Evangelicorum ecclesia in multis Germaniae terris vel minueretur vel omnino opprimeretur.[30] Ex quo tempore autem Ferdinandus II. maiori Habsburgico-austriacae domus pollens auctoritate Catholicis praeesse coepit, audacius illi pacem cum Evangelicis Passaviae initam violaverunt. Exortum denique bellum, quod per triginta annos ferro et incendio Germaniam vastans, quamvis omnes populi vires imminuisse et fere fregisse videretur, ingeniis tamen excussis et novas publicae vitae formas finxit, et civitatum singularum auctoritatem potentiamque auxit. Tantum abfuit, ut hoc bellum religionis tantum causa gereretur, ut novam Europae civitates formam politicam et civilem inde sumerent.

Primis iam Reformationis temporibus Germaniae principes non ecclesiae solum in reformandis sacris, verum etiam civilium rerum rationem sequuti sunt. Quibus

30) Quam magnos primis Rudolfi II. temporibus fecerint Evangelici progressus, iam ex eo colligere licet, quod non maiorem solum,[a] Episcopatuum Germanicorum numerum occupaverant, verum etiam non multum abfuit, ut reliquos suis partibus acquirerent.[b]

a) ut: Magdeburgensem, Bremensem, Verdensem, Lubecensem, Osnabrugensem, Ratzeburgensem, Halberstadiensem, Mindensem.

b) Monasteriensem, Paderbornensem, Hildeshemiensem, Coloniensem. cf. *Eichhorn*, deutsche Reichs- und Rechtsgeschichte, Band 4. p. 164. 165. *Ranke* Historisch-politische Zeitschrift, Bd. I. p. 251. — De Catholicae autem doctrinae progressu cf. Eichhorn l. c. 4. p. 214—229.

Evangelicae doctrinae progressus tum accelerati tum saepissime impediti. Discordiae enim de doctrinis primum ecclesiasticis inter Evangelicos exortae civilium rerum ratione magnopere auctae et protractae sunt. Principum quisque, iura, privilegia spes atque aliorum societatem fovit maiore quam unquam diligentia, id quod saepe eos commovit, ut et religionis confessionem mutarent, et alterius utrius certantium factionis causam amplecterentur. Cuius rei probandae inserviunt consilia a Saxoniae Electore in his discordiis moderandis semper fere capta. [31])

Aeque Catholici rebus ecclesiae civilium quoque rationem miscuere. Nam non doctrinae solum catholicae victoriam parare, sed etiam Imperatoriam in Germania auctoritatem ac potentiam iuribus principum imperii deminutis augere studuit Ferdinandus II. Ecclesiae reformationem diremisse Germaniam palam fuit. Quid? Nonne Protestantium principes saluberrima etiam Caesarum consilia aspernati sunt? Nonne omnibus fere eorum calamitatibus usi sunt, ut nova ab iis impetrarent privilegia. Itaque non fieri potuit, quin catholicae doctrinae victoria etiam Caesaris et Austriacae gentis potentia atque auctoritas augeretur. [32])

„Non opus esse ad Germaniam regendam Electoribus principibusque imperii," Fridlandus dictitabat, si-

---

31) Memoratu dignum, quae consilia ille sequutus sit in ineunda Protestantium, quam dicunt Unione; in rebus ad Juliacam hereditatem spectantibus, in eligendo Ferdinando II. Imperatore, in bello contra Fridericum V. Palatinatus Electorem gesto.

32) Perspicere licet hoc inter alia ex arbitrio quodam, quod Lippoldus a Stralendorff, cancellarius, de Juliaca hereditate tulit. cf. Selchow, Magazin für deutsche Rechte und Geschichte, Lemgo 1780. II. p. 227—254. cf. Ferdinandi secundi relationem ad Regem hispanicum in *Khevenhilleri* Annal. ad ann. 1618.

militer in Hispania et in Francogallia unum sufficere Regem." [33]) Catholicos quoque Germaniae principes, Evangelicis superatis, obedituros Caesari, nec amplius principum imperii collegiis opus esse, Viennae iactatum, quum pace Lubecensi facta edictoque restitutionis emisso Ferdinandi II. opes firmatae essent. Atque Ognatius Comes, Hispanorum Regis legatus Viennensis aculeate resecandas esse longas Episcoporum Germaniae vestes iactavit. [34])

Dum Habsburgico-Austriacae gentis princeps cum catholicae doctrinae victoria simul maiorem sibi potentiam quaereret, similia quoque Hispaniae Rex eadem de gente ortus consilia volutavit. Quibus quum obstare nimio pacis amore videretur Lerma comes, cuius consiliis usque ad id fere tempus in rebus publicis tractandis usus erat Philippus III., de magistratu est amotus. Ferdinandus II. priusquam ipse ad rempublicam regendam accessit, Austriacas ad Rhenum sitas terras Hispaniae Regi, ut Bohemiam et Hungariam petere desineret, se traditurum clam pollicitus est. [35]) Unde facile intelliges, quamobrem eo tempore Hispani Valli Tellinae atque Palatinatui in suam potestatem redigendis studuerint, quamobrem bellum cum Batavis denuo inceperint! Speraverunt enim fore ut regnum, quod inde a Mediolano usque ad Belgiam continenter porrigeretur, atque inde omnium Europae publicarum rerum principatum sibi acquirerent. His igitur consiliis Hispaniae Rex, ut Germanicis intercedens discordiis pro viribus Caesarem adiuvaret, commotus est. [36])

Talem Habsburgicae gentis principatum vehementer Francogalli timuerunt. Saepissime enim Hispani civilibus

---

33) *v. Raumer*, Historisches Taschenbuch, Jahrg. 2. p. 214.

34) *Forstner* Epist. in *Le Bret* Magazin &c.

35) *Khevenhiller* Annal. VIII. 1099.

36) Ranke, Fürsten und Völker von Süd-Europa im 16. und 17. Jahrhundert. Bd. 1. p. 211.

eorum sese immiscuerant discordiis bellisque, atque iisdem fere temporibus Mariam e Medicaeorum gente, viduam reginam, et Gastonem Aureliae ducem contra Ludovicum XIII. sive potius Richelium Cardinalem adiuverunt. Summum igitur istis, quae modo diximus, Habsburgicorum consiliis periculum Francogallis imminuit. Nam ab omni parte circumventi ab Hispanis, quos ut consequerentur proposita, Protestantium Germaniae principibus superatis, Caesar adiuvisset, omnem fere in publicis Europae rebus moderandis auctoritatem, fortasse etiam libertatem amisissent. Profecto iste Habsburgici principatus metus non illis temporibus fuit inanis! Quibus perspectis Richelius Cardinalis summa nisus est ope, ut ne ad effectum ista pervenirent. In Belgia igitur, Italia, Germania, omnibusque fere in terris Habsburgicae gentis consiliis obvius hostes eius et consilio et pecunia sustentavit.[37]) Neque defensioni solum, verum etiam novis Francogallorum Regi acquirendis provinciis operam dedit. Alsatiam occupare, atque Belgiae acquirendae spe non omissa, usque ad Rhenum Francogallorum fines dilatare studuit.

Itaque quum civitates maioris in Europae publicis rebus ordinandis momenti maxime eo tempore agitarentur, ut aut potentiam violenter omni modo augerent, aut simili hostium studio vel armis vel internunciis adversarentur, minores etiam civitates, iuribus quidem,

37) Quum Ferdinandus II. conventu principum imperii Ratisponae habito filium suum Regem Romanum eligi studeret, Josephi, Capuzini, qui Francogallorum erat legatus, opera, consiliisque inprimis factum est, ut et Ferdinandi III. electio dilata, et Fridlandus imperio amotus sit. Quamobrem Ferdinandus II. dixisse fertur: „Der Pater hat sechs Kurhüte in seine Kapuze gesteckt." cf. *Le véritable Père Joseph*, p. 317. Similiter *Charnacé*, Francogallorum legatus, pacem Altmarkae composuit inter Suecos Polonosque, qua inita Gustavo Adolpho in Germaniam transeundi facultas parata est.

quorum imminentia videbant pericula, diligentissime vindicatis, eadem via ingressi sunt. Non est ignotum, quas adversarias Hispanis partes egerint in Italia Veneti, atque Sabaudiae Dux, qui omni fere tempore cum praefectis illorum Mediolanensibus et Neapolitanis certaverunt. Quin etiam Papa (difficile creditu) Hispanorum consilia impedivit. Prudentissime porro Maximilianus Bavariae Dux his in rebus ita versatus est, ut commodo suo inprimis consuleret. Quum enim utilitati suae conducere videretur, Caesari pro viribus tulit auxilium, ubi contra, statim partes mutavit, quin etiam Imperatori clam est adversatus.

Quum ergo principes id tantum spectarent, ut maiorem etiam per vim sibi acquirerent potentiam, omnium quoque ceterorum ordinum homines idem egisse non est quod miremur. Quisque bona sive a maioribus accepta sive parata tutaturus aut ipse interire aut alios perdere debuit. Sic audaces, sic eximia ingenii indole praediti viri omnibus publicae non solum, sed etiam privatae vitae rebus maxime perturbatis ex infimis ordinibus nati ad summos pervenire potuerunt honores. Vis ubique iure erat potentior. Inde vasta illa molimina a Mansfeldio, Brunsvicensi Duce, aliisque suscepta, quos omnes maxime superavit Albertus Waldsteinius, qui, ubi primum maiora moliri coepit, consiliorum varietate atque novitate hominum sibi paravit admirationem. Quibuscunque deinde iuris et officii perfractis repagulis iam durissimum haud dissimulavit animum. Sed prout eius de Caesare merita erant ingentia, sic non minus ingentia ab eodem flagitavit meritorum praemia. Superato enim Christiano IV. Danorum Rege Imperii Germanici principibus adscribi voluit Fridlandus, qui, quod consueto rerum cursu impetrari posse non videbatur, a Caesare impetravit, ut Megalopolitani Ducis dignitate ornaretur, et qui nobilis vir natus esset inter Imperii principes reci-

peretur.[38]) Quo facto Caesaris et Fridlandi commoda seiuncta; id quod primis iam pacis ac tranquillitatis temporibus in promtu fuit. Ferdinandus II. enim, quamvis amicum eum sibi servare cuperet, Imperii tamen principibus cessit, qui ad concionem publicam Ratisponam convenientes de Fridlando tamquam tyranno eiusque inaudito dignitatis incremento vehementer conquesti effecerunt, ut ab exercituum Caesarianorum imperio amoveretur, atque Megalopolitanorum Ducum causa imperii iudiciis secundum leges decernenda permitteretur. Quibus iam temporibus haud pauci, mirum esse, dictitaverunt, Electoribus Caesarem, Caesari autem Fridlandum cessisse.[39]) Sed brevi temporis spatio interiecto Gustavi Adolphi fortuna Ferdinandum II. coëgit, ut pugna ad Lipsiam commissa ad Fridlandum summum exercituum imperium iterum deferret. Is vero meritorum priorum praemio, Megalopolitana scilicet terra privatus, non statim Caesaris voluntati satisfecit, sed imperii principis dignitatem se quaerere non dissimulans, ut Caesaris ipsius terra quaedam tamquam meritorum praemium promitteretur postulavit. Qua conditione a Caesare accepta exercituque conscripto castra movit Fridlandus. Sed sinistro Marte pugnavit. Nam ad Norimbergam nihil omnino profecit, et ad Lucenam superatus in Bohemiam sese convertere a Suecis coactus est. Ex hoc tempore ambigue egit, ita ut dubitavisse videatur, num hac via potentiam et auctoritatem suam firmare posset!

---

38) Ut contra Maximilianum Bavariae Ducem possessionem ducatus Megal. firmatam redderet, Fridlandus etiam Pappenheimium Tilliumque instigare studuit, ut simili modo principatus Calenberg atque Wolfenbuettel sibi acquirerent. Sed frustra. cf. von der Decken: Herzog Georg von Braunschweig-Lüneburg. Hannover 1833. Band 1.

39) cf. *Forstner* Comit. Ratisp. 23.

## Cap. V.

### *Quomodo pugna ad Lucenam commissa res se habuerint.*

Pugna ad Lucenam commissa et Protestantium et Caesaris opes maxime attritae. Fridlandus igitur, exercitus reliquiis Bohemiam in hiberna reductis, tum crudelissimis suppliciis militum praefectos, qui officio defuerant in proelio, affecit, tum maximis praemiis fortes magnifice exornavit.[40]) Ut recentes sibi copias easque validas pararet, militum violentum habuit delectum, gravissimas coegit exactiones atque permultorum civium bona tamquam in Caesaris fiscum redegit. Amplissima auctoritate, qua instructus erat a Caesare, strenue usus est.

Etiam Protestantium vires alia quidem ratione, sed non minus debilitatae, quominus ab hac parte bellum progrederetur, impediverant. Gustavi enim Adolphi, Suecorum Regis, mors inopinata concordiae inter Suecos Germanosque vinculum mirum in modum laxaverat, quod ne iam pridem cum invidia Germanorum, tum rerum gestarum negligentia ruptum esset, eximium tantum illustris viri ingenium caverat. Quis fuit, qui eius locum exciperet. Oxenstiernam enim Suecici regni cancellarium, quamvis omnium aptissimum, quominus rerum administrationem capesseret, genus, ordo, patria impedire videbantur. Num Sueco Germaniae principes, num viro nobili Electores obediissent?[41])

In-

40) cf. Annal. Khevenhiller. T. XII. ad ann. 1634.

41) *Pufendorfius* Comment. de rebus Suecicis, Lib. V. p. 89. Pomeraniae ducem ita disserentem fecit: „Imperia Regis, quoad is vixerit, se ferre potuisse, alterius cuiuscunque deinceps non laturum.“ Le Vassor histoire de Louis XIII. T. VII. P. I., p. 479. Oxenstierna dixit: „Souffriront-ils (les Electeurs et Princes de l'Empire), qu'un Gentilhomme étran-

Inter Protestantium autem Germanorum principes tamquam senior et potentior, Joannes Georgius, Saxoniae Elector, praecipuum sibi, quum communi istorum nomine gerendum foret, vindicavit locum. Defuit autem ei ingenium his rebus aptum. Quippe voluptatibus lautiorique omnino vitae valde deditum, [42]) vehemens pacis amor obreperat, [43]) auctus insuper et veteri erga Austriacos principes amicitia et invidia adversus Suecos Saxonicosque Ernestinae stirpis principes concepta. Quae quidem inde exorta recentique tempore aucta erat, quod Sueci ipsius consilia Magdeburgici et Halberstadiensis episcopatus adipiscendi irrita reddere viderentur, Saxonici autem Ernestinae stirpis principes arcte cum illis consociati maxima apud omnes Evangelicos valerent auctoritate. [44]) Hanc invidiam et hunc pacis amorem non mi-

---

étranger ait la principale direction des affaires de la guerre et de la paix. Quelle repugnance n'ont ils témoignée, quand il à été question de se soumettre à un Roi puissant et victorieux. Et comment puis j'espérer qu'ils garderont les mêmes ménagemens avec un de ses ministres!

42) Joannes Georgius saepe cerevisia inebriatus est. cf. *Ludov. Camerarii* epist. in *Mauvillon* hist. de Gust. Adolf. III, 21. *Grammont* Mémoir. II, 54. — Est scholarum eius temporis poema:

Non infans Christianus,
Non rex cerevisianus
Suecus nos liberavit,
Qui hos tyrannos stravit.

43) cf. *Pufendorf Lib. V. p.* 89. Huic porro divortio a Suecia procurando adhibebatur amabile pacis verbum, cuius illecebris vivo adhuc rege cum alii tum Saxoniae Elector tentatus fuerat, sed qui tunc ob istius reverentiam caute et tecte tantum eas solicitationes admiserat, nunc eo remoto istis palam aurem praebebat.

44) cf. *Aubery* Mémoires pour l'histoire du Cardinal Duc de Richelieu. A Cologne 1667. 12. Vol. II. p. 157. 158. (Ex Feuquierii relatione quadam): Que l'Electeur de Saxe passoit dans l'Esprit du commun et au jugement des plus entendus pour Prince perdu de réputation et de crédit pour estre re-

**nuit Hassiae Darmstadiensis Landgravius, Electoris Saxonici socer, Caesaris Augusti amicus.[45]) Quorum cum Imperatore pactiones quum innotuissent, omnem fiduciam atque auctoritatem amiserant apud Protestantes, qui Joanne Georgio rerum administrationem capessente felicem belli eventum paene desperaverunt.[46])**

connu publiquement d'une humeur portée au répos et à ses plaisirs, trop adonné au vin, partout incapable de présider à des affaires importantes à la paix ou la guerre, d'une grande dépendance du Roy de Danmark, d'une aversion de la couronne de Suede à cause principalement de leur concurrence et prétentions sur les Eveschez de Magdebourg et d'Halberstadt, touché de jalousie et crainte de la maison de Weymar, toujours arresté à son ancienne inclination à la maison d'Autriche, fomentée par la considération de l'assiette de ses pays voisins de la Bohême et Provinces incorporées, par son propre conseil et par son gendre le Lantgrave de Darmstadt. . . . . . . . cf. *Richelieu* Mémoires ed. Petitot. Tom. VII. p. 337 seqq.

45) Amicitia Landgravii erga Imperatorem exorta erat, quo tempore in discordiis de hereditate Marburgensi inter illum et Hassiae-Casselensis principes exortis, Caesar iudicium in Landgravii utilitatém tulerat. cf. Eichhorn, deutsche Reichs- und Rechtsgesch. Bd. 4. p. 583. cf. *Lettres de Feuquières*, I. p. 135. *Le Vassor*, T. VII. p. 521.

46) cf. *Aubery* Mémoires II. p. 174.: Pour la personne du Duc de Saxe, il est passionée Lutherien, superbe, glorieux, brutal, grand juronque, mesfiant, avaricieux, haï et meprisé de ses sujets et des enfans mêmes, qu'il tient comme prisonniers. Il est gouverné par le général Arnheim et Vertemer l'un de ses conseilliers sans pourtant croire l'estre parceque qu'il les gourmande quand il luy plaist. Il est grandement attaché aux dignitez et prérogatives de l'Empire, ayant à cet effet toute puissance étrangère pour suspect dans les affaires de l'Allemagne, desquelles il souhaiteroit se pouvoir passer de donner part à aucun Prince étranger; desirant se maintenir tant, qu'il lui sera possible attaché à la maison d'Autriche, tant pour la considération du voisinage par le moyen duquel il croit se pouvoir mieux conserver et se rendre plus nécessaire à l'Empereur que pour la jalousie,

Quam principum Germanorum discordiam quodque inde oriri posset detrimentum quum Richelieu intellexisset, ineunte aestate 1633.[47]) Feuquierium liberum Baronem in Germaniam misit legatum, qui, ut nulla cum Caesare pax pangeretur,[48]) Electorem Saxoniae ad perseverandum instigaret, et, si fieri posset, rebus gerendis praeficeret.[49]) Statim vero post adventum legatus hoc fieri non posse persuasum habuit, ideoque cum Oxenstierna cancellario initio m. Martii Wirceburgae congressus[50]) summa ope nisus est, ut huius auctoritati res gerendas submitteret. Quo factum est, ut quatuor superiores Germanici imperii circuli Heilbronnae 13mo m. Aprilis, qua cancellarii voluntati satisfacerent, Saxonico quidem Electore indignante societatem cum Suecis inirent.[51]) Quae

---

qu'il prend de tous les autres et particulièrement des maisons Palatines et celles de Brandebourg et de Weymar, la première pour la prééminence, la seconde pour le voisinage ayant toujours voulu traiter de Superieur avec elle, la troisième à cause des prétentions qu'elle a sur l'Electorat qu'il possède.

47) 6mo Febr. die Feuquierius, St. Germain en Laye, urbe a Rege dimissus. cf. *Aubery* II. p. 137.

48) Quem sermonem Richelieu his de rebus habuit ad Regem, vide in *le Vassor* T. VII. P. I. p. 432. Eodem tempore *Charnacé*, Hagas Comitum missus, qui pactiones inter Belgas Batavosque institutas rumperet, ne Hispani copiis Caesarem in Germania adiuvare possent. cf. ibid. p. 455 seqq.

49) Eadem consilia sequutus est Armstrutherius Britanniae legatus. cf. *Pufendorf* Lib. V. p. 89. *Feuq.* Mémoir. T. I. init.

50) cf. *Aubery* T. 2. p. 141.

51) Pactiones Heilbronnae factas vid. in *Feuq.* Mémoir. T. I. *Chemnitz* l. l. T. II.

Quod Fridlandum attinet, hoc loco sententiam quandam a Foerstero propositam eamque refutandam non praetermittamus. Scripsit enim ille (Briefe, Bd. 3. p. 407.): „Schon während seiner Anwesenheit zu Heilbronn hatte Feuquieres den Herzog von Fridland nicht aus den Augen verloren; jedoch war er damals der Meinung, daß Wallenstein keineswegs so furchtbar

**nuit Hassiae Darmstadiensis Landgravius, Electoris Saxonici socer, Caesaris Augusti amicus.[45]) Quorum cum Imperatore pactiones quum innotuissent, omnem fiduciam atque auctoritatem amiserant apud Protestantes, qui Joanne Georgio rerum administrationem capessente felicem belli eventum paene desperaverunt.[46])**

connu publiquement d'une humeur portée au répos et à ses plaisirs, trop adonné au vin, partout incapable de présider à des affaires importantes à la paix ou la guerre, d'une grande dépendance du Roy de Danmark, d'une aversion de la couronne de Suede à cause principalement de leur concurrence et prétentions sur les Eveschez de Magdebourg et d'Halberstadt, touché de jalousie et crainte de la maison de Weymar, toujours arresté à son ancienne inclination à la maison d'Autriche, fomentée par la considération de l'assiette de ses pays voisins de la Bohême et Provinces incorporées, par son propre conseil et par son gendre le Lantgrave de Darmstadt. . . . . . . . cf. *Richelieu* Mémoires ed. Petitot. Tom. VII. p. 337 seqq.

45) Amicitia Landgravii erga Imperatorem exorta erat, quo tempore in discordiis de hereditate Marburgensi inter illum et Hassiae-Casselensis principes exortis, Caesar iudicium in Landgravii utilitatem tulerat. cf. Eichhorn, deutsche Reichs- und Rechtsgesch. Bd. 4. p. 583. cf. *Lettres de Feuquières*, I. p. 135. *Le Vassor*, T. VII. p. 521.

46) cf. *Aubery* Mémoires II. p. 174.: Pour la personne du Duc de Saxe, il est passionée Lutherien, superbe, glorieux, brutal, grand juronque, mesfiant, avaricieux, haï et meprisé de ses sujets et des enfans mêmes, qu'il tient comme prisonniers. Il est gouverné par le général Arnheim et Vertemer l'un de ses conseilliers sans pourtant croire l'estre parceque qu'il les gourmande quand il luy plaist. Il est grandement attaché aux dignitez et prérogatives de l'Empire, ayant à cet effet toute puissance étrangère pour suspect dans les affaires de l'Allemagne, desquelles il souhaiteroit se pouvoir passer de donner part à aucun Prince étranger; desirant se maintenir tant, qu'il lui sera possible attaché à la maison d'Autriche, tant pour la considération du voisinage par le moyen duquel il croit se pouvoir mieux conserver et se rendre plus nécessaire à l'Empereur que pour la jalousie,

Quam principum Germanorum discordiam quodque inde oriri posset detrimentum quum Richelieu intellexisset, ineunte aestate 1633.[47]) Feuquierium liberum Baronem in Germaniam misit legatum, qui, ut nulla cum Caesare pax pangeretur,[48]) Electorem Saxoniae ad perseverandum instigaret, et, si fieri posset, rebus gerendis praeficeret.[49]) Statim vero post adventum legatus hoc fieri non posse persuasum habuit, ideoque cum Oxenstierna cancellario initio m. Martii Wirceburgae congressus[50]) summa ope nisus est, ut huius auctoritati res gerendas submitteret. Quo factum est, ut quatuor superiores Germanici imperii circuli Heilbronnae 13mo m. Aprilis, qua cancellarii voluntati satisfacerent, Saxonico quidem Electore indignante societatem cum Suecis inirent.[51]) Quae

qu'il prend de tous les autres et particulièrement des maisons Palatines et celles de Brandebourg et de Weymar, la première pour la prééminence, la seconde pour le voisinage ayant toujours voulu traiter de Superieur avec elle, la troisième à cause des prétentions qu'elle a sur l'Electorat qu'il possède.

47) 6mo Febr. die Feuquierius, St. Germain en Laye, urbe a Rege dimissus. cf. *Aubery* II. p. 137.

48) Quem sermonem Richelieu his de rebus habuit ad Regem, vide in *le Vassor* T. VII. P. I. p. 432. Eodem tempore *Charnacé*, Hagas Comitum missus, qui pactiones inter Belgas Batavosque institutas rumperet, ne Hispani copiis Caesarem in Germania adiuvare possent. cf. ibid. p. 455 seqq.

49) Eadem consilia sequutus est Armstrutherius Britanniae legatus. cf. *Pufendorf* Lib. V. p. 89. *Feuq.* Mémoir. T. I. init.

50) cf. *Aubery* T. 2. p. 141.

51) Pactiones Heilbronnae factas vid. in *Feuq.* Mémoir. T. I. *Chemnitz* l. I. T. II.

Quod Fridlandum attinet, hoc loco sententiam quandam a Foerstero propositam eamque refutandam non praetermittamus. Scripsit enim ille (Briefe, Bd. 3. p. 407.): „Schon während seiner Anwesenheit zu Heilbronn hatte Feuquieres den Herzog von Fridland nicht aus den Augen verloren; jedoch war er damals der Meinung, daß Wallenstein keineswegs so furchtbar

cum acta essent, Suecici exercitus in Germania meridionali multum profecere. Hornius quidam, eorum praefe-

---

sei als man glaube, und daß der Kurfürst von Sachsen, wenn er nur Entschlossenheit genug besäße, stark genug wäre, ihm Widerstand zu leisten. Indessen bringt er in einem Briefe an den König vom 1⁄4 März in Vorschlag, dem Kurfürsten von Baiern zur Bedingung zu machen, nichts **gegen** Wallenstein zu unternehmen. cf. Feuq. I. p. 63.

Qua in epistola Feuquierius de sermone cum Oxenstierna Heilbronnae habito Regi retulit. Scripsit: „Ensuite nous eûmes quelques propos de choses assez indifférents dans lesquels neanmoins m'ayant donné lieu de lui faire ouverture de ce qui regarde l'accommodement de Bavière, *je lui dis, que Votre Majesté continuoit d'être en peine de la résolution et des moyens du Duc de Saxe à soutenir les puissantes forces que le Walstein prépare* de lui faire fondre sur les bras, et que ne pensant pas qu'il pût trouver capable d'y resister de son chef, *elle n'avoit jugé* qu'un seul moyen d'y pouvoir apporter remède, *qui étoit* d'essayer *de faire une suspension d'armes pour trois mois avec le Duc de Bavière par la quelle on le pût obliger à n'assister point le Walstein de ses armes;* afinque n'ayant plus de diversion de ce coté - la on pût se servir de toutes les troupes, pour l'aller attaquer au lieu, ou il est avant qu'il fut en l'état auquel il pourra être dans trois mois; j'ajoutai que quand il arriveroit que le dit Duc de Bavière lui en voyerait ses troupes contre la promesse qu'il nous en avoit faite, toujours cet avantage nous en resteroit de jetter par ce moyen la guerre chez eux, empêcher le Walstein de se fortifier et se mettre l'esprit en repos de ce que l'on pourroit apprendre du Duc de Saxe.“

Intelligimus igitur his e verbis primum, non Feuquierii, ut Foersterus scripsit, fuisse illud Bavariae Ducem spectans consilium, sed Regis ipsius; tum eo consilio hunc impediri voluisse, quo minus Bavariae Dux *pro* Fridlando, non, ut F. dixit, *contra* Fridlandum quid ageret. Postremum autem non Feuquierius, ut Foerstero placuit, potentiam Fridlandi haud formidabilem putavit, sed contra Oxenstierna, cuius responsionem ille ad Regem his litteris retulit. Respondit enim Oxenstierna: „Pour le Walstein, qu'il n'étoit pas aussi si formidable, et que pourvu l'Electeur de Saxe ne manquat point de résolution, il avoit des forces capables de repondre

ctus, 28mo Novembr. Benfeldum, Alsatiae oppidum, tum Schlettstadium Colmariamque occupavit, ita ut ex his regionibus hostes pelleret atque consociato sibi Ottonis Ludovici, comitis Rhenani, exercitu Rhenum transgressus terras Würtembergicas debellaret. [52])

Eodem fere tempore Januario 1634. mense Bernhardus, Saxonico-Vinariensis Dux, Franconiam ingressus Babeperga atque Hoechstadio urbibus expugnatis [53]) Donauvoerthiae cum Hornio coaluit [54]) ac deinde Monacum, Landshudiam, Eichstadiam occupavit.

Dum hoc modo Bavariae Dux ab hostium exercitibus premitur, Fridlandus per totam annorum 16$\frac{33}{34}$ hiemem in hibernis copias continuit, id quod diversum in modum et defensum est et exprobratum. Quibus omissis nos, quae sequuta sunt, disquiremus, ac statim, priusquam in Silesia bellum moverit, cum Francogallis eum iam transegisse videbimus.

## Cap. VI.

### *Primae inter Fridlandum et Francogallos, Suecos, Saxones et Brandenburgicos pactiones.*

Quam mature rumores de dissidio inter Caesarem et Fridlandum exorto dissipati sint, sane est quod mireris.

---

aux siennes; son armée étant, les Suedois compris de plus vingt mille hommes de pied et plus de dix mille chevaux bons et effectivs." . . . . .

„Je n'insistai point d'avantage sur cette proposition" pergit in litteris Feuquierius.

Eum in finem haec errata refutavimus, ut quam obiter leviterque Foersterus is, qui omnes alios vehementer socordiae negligentiaeque accusaverit, rerum scriptores legerit, documentis approbaremus.

52) cf. *Chemnitz* l. l. T. II. p. 39. 40.

53) cf. ibid. p. 37. 38.

54) 25. die Mart. ibid. p. 98.

Le Vassorio [55]) quidem nos non assentiamur, qui quo tempore Feuquierius Galliam reliquerit, consiliorum Fridlandi notitiam quandam Parisiis iam fuisse contendit, quoniam Feuquierius in Germaniam profecturus litteras a Rege acceperit, quibus, si quid cum Fridlando forsitan agendum esset, facultas ei mandata sit. [56]) Sed vigesimo iam m. Aprilis die Feuquierium his de rebus, nulla quidem dissidii causarum mentione facta, ad Regem retulisse, [57]) et brevi post vigesimo septimo m. Maii die iam accuratiorem ad eum misisse notitiam constat. [58])

---

55) cf. *le Vassor* hist. de Louis XIII. T. VIII, P. 1. p. 495 seq.

56) cf. Relation de voyage de Feuq. in *Aubery* Mémoir. etc. 2. p. 137.

57) cf. *Lettres et negoc. de Feuquieres.* P. I. p. 150. Quas Feuquierii litteras leviter tantum festinanterque inspexisse videtur Fr. Foersterus, qui scripserit (Wallensteins Briefe, 3. p. 407.): „Frühzeitig hatte sich das Gerücht, daß Wallenstein sich mit dem Kaiser in üblem Vernehmen befinde, verbreitet; in einem Briefe Feuquieres ist schon von einem bösen Vernehmen Wallensteins mit dem kaiserlichen geheimen Rath, und von einem Einverständniß des kaiserlichen Feldherrn mit dem geheimen Rath in Dresden die Rede."

Cuius sententiae prima tantum pars, non secunda Feuquierii litteris respondet. Is enim exercitu caesariano aliisque rebus commemoratis, mentioneque dissidii inter Caesarem et Fridlandum exorti facta, se nihil timere, pergit, nisi ne Fridlandus Saxonicis consiliariis consentientibus Electorem ad pacem ineundam adduceret. Longe alia igitur ratione, quam de dissidio isto Feuquierius de rebus ad pacem spectantibus scripsit, qui illud rumore quodam sibi allatum esse, hoc autem ipsum se timere memoravit.

„On tient Walstein en mesintelligence avec le conseil Imperial . . . . . de sorte *que je ne vois rien à craindre*, si non que Walstein *possible* d'accord avec le conseil de Dresde ne donne de ce côte-là pour forcer l'Electeur ou lui fournir prétexte de s'accommoder.

58) Quae litterae die 27$^{mo}$ conscriptae in collectione Feuquierii litterarum typis non sunt descriptae.

Quum enim Francogallorum legatus Dresdam venisset, Saxoniae Electori ut pactis Heilbronnensibus accederet persuasurus, convenit eum paucos post dies Kinskyus Comes, Tertsckae socer et, quum Protestantium ecclesiam sequeretur Bohemia exsul, cuius regni prioribus temporibus hereditarii venationum praefecti officio functus erat. Confabulatus cum Feuquierio Kinskyus de Fridlandi rebus colloqui coepit; Fridlandum, quum meritorum ac beneficiorum Caesar debitam gratiam priore tempore ipsi non retulisset, etiamnunc nihil certi ab eo sperare posse commemorans, postremum ad collocutionis finem accessit: aperuit enim legato, Fridlandum cum Evangelicorum partibus contra Caesarem sese consociaturum, si eum Bohemiae regnum capessentem adiuvarent. [59])

---

De his inter Caesarem et Fridlandum eo tempore exortis discordiis praeter le Vassorium l. l. cf. *Pufendorf* Lib. V. §. 16. Caesar enim cum Saxoniae Electore Hassiaeque Landgravio de pace ineunda Antonio, Viennense Episcopo intercedente, Leutmaritii egerat.

„Fridlandus (scripsit Pufend.) tamen istum congressum se inscio susceptum indignabatur, ex pacto belli parisque arbitria sibi competère iactitans. Qui et circa id tempus super affectato Bohemiae Regno in suspicionem venerat; multosque in Caesaris aula et inter eos coniunctissimum sibi Eggenbergium Principem a se alienaverat, quod praedia eorundem contributionibus oneraret easque a detrectantibus manu militari extorqueret."

*Chemnitius* l. l. Tom. II. p. 32. congressus quidem istius mentionem fecit, sed rebus, quae ad Fridlandum pertinent, plane omissis.

*Khevenhillerus* his de rebus nihil in Annal. Ferdinandeis commemoravit.

59) cf. *Mémoires de Richelieu*, T. VII. p. 345. (in Collection de Petitot. T. 27.): „Durant le sejour que le dit Sieur de Feuquières fit à Dresde le Comte de Kinsky refugié de Bohème lui parla comme de lui même de l'accommodement de Fridland avec les princes et Etats de l'union, si on le vouloit assister à se faire roi de Bohème, lui temoignant le peu

Quamquam Kinskyus haec tamquam sua sponte retulit, Francogallorum tamen legatus, cui accuratiore consiliorum Fridlandi cognitione imbutus visus est, ipsius

---

de satisfaction, que Walstein avoit de la maison d'Autriche. Ce sentiment, qui lui restoit du mépris que pour récompense, il avoit reçu des grands services qu'il lui avoit rendus, le peu d'esperance qu'il avoit d'eu être mieux traité à l'avenir des que la necessité qu'elle avoit de lui et qui l'avoit fait rappeler seroit passée."

Fridericus Foersterus ad haec verba (Briefe Wallensteins, Bd. 3. p. 409.) commemoravit: „Richelieu läßt diesen Antrag zuerst von Wallenstein ausgehen, und verdreht auf diese Weise die ganze Unterhandlung"; sed documentis sententiam suam non firmavit, et Richelii verbis respondent quae *Aubery* memoriae tradidit. cf. Mémoires etc. 2. p. 193.: „Ce sieur du Bois . . . apporta lui (sc. Feuquierio Dresdae commoranti) aussi un ample pouvoir du grand sceau et des lettres du Roy et du Père Joseph, adressantes au Duc de Fridland, pour pouvoir traitter avec luy, suivant les ésperances, voire même les assecurances que le Comte de Kinsky avoit données, que le dit Duc de Fridland *se separeroit de la Maison d'Autriche à condition d'estre aydé à se faire Roy de Bohème.*"

Alio quoque loco Foersterus scripsit (Briefe, Band 3. p. 454.): „Daß die Anträge, die Krone Böhmens betreffend, nicht von dem Herzoge ausgingen, sondern ihm von dem französischen Hofe gemacht wurden" et litteras a Francogallorum Regis consiliariis 1$^{mo}$ Febr. m. d. 1634. conscriptas laudavit, quibus sententia sua approbaretur. Cui sententiae nos non assentimur, quamobrem litterarum ipsa verba communicamus:

„S'il se rencontre que ledict Duc de fridland voulut s'arrester aux ordres que le sieur de Feuquiere receut l'an passé pour traitter avec ledit duc sur lesquels il semble que le Comte de Quinsky se fonde, quand il dit par sa lettre, „que le Duc de Fridland accepte les articles proposés par ledit Sr. de Feuquiere" lon ne croyt pas que ce nouveaux project de traicté y contrarie: que sil jnsistoit sur quelques poincts non assez clairement exprimez en ce present project, Sa Maj. donne pouvoir au Sr. de Feuquiere de luy donner en cela satisfaction *s'abstenant toutes fois d'obliger par escrit Sa Maj. en ce qui regarde le Royaume de Boheme,*

Fridlandi iussu eum haec egisse credidit. Nos autem, quum quam difficile sit creditu, talia ad alium spectantia sua sponte quendam acturum, reputemus, ceteroquin

*l'asseurant que Sa Maj. le desire et contribuera tout ce qui depend d'Elle*, mais que cette promesse se doibt faire pour estre authentique et effective par l'expres et commun concours de tous les Associés lequel Sa Maj. ne doubte pas de pouvoir obtenir mais que ledit Duc de fridland peult bien juger combien il seroit perilleux de commencer cet affaire par la communication entre tant de personnes d'un poinct si important que s'il veut commencer à se declarer par la publication et par *l'effet de cette sienne pretention* sur ce que ce Royaume est electif et que la maison d'autriche le possede contre les formes antiennes, le Sr. de Feuquiere peut asseurer ledit duc que sans delay Sa Maj. approuvera et appayera cette action et mesme ledit Sr. de Feuquiere luy en pourra donner asseurance par escrit aussytôt, qu'il aura faict cette publication, ou qu'il serait certainement sur le poinct de la faire sil ne tient qu'à cela que ledit Duc de Fridland vienne à se declarer ce que touttes fois le Sr. de Feuquiere taschera d'eviter sil peut." cf. Röse, Herzog Bernhard von von Sachsen-Weimar. Bd. 1. p. 457.

Quomodo Francogallorum Regem primum Bohemiae coronam Fridlando pollicitum esse his verbis Foersterus probare voluerit, nos non intelligimus, quum ex iisdem verbis plane elucere nobis videatur Regem eum omnimodo evitare studuisse, ne certis erga Fridlandum hoc flagitantem promissis se obligaret.

cf. Etiam haec ipsis in litteris verba: „Sr. Maj. donne pouvoir audict sieur de Feuquiere d'oster, adjouster, ou changer ce qu'il jugera sur le lieu plus apropos dans les projects desdicts Traictés, estimant qu'il ne le fera pas sans grande raison et pour le bien service du Roy, pourveu que ce soit sans obmettre les choses essentielles, comme sont d'engager ledict Duc de Fridland s'estant declaré a ne pouvoir traicter avec Lempereur sans le Roy et sans y comprendre et faire decider ses intherestz; de ne poinct obmettre ce qui regarde la religion catholique, de ne poinct coucher dans le traitté des termes qui obligent le Roy à une guerre contre Lempereur et plus que ne portent les termes qui sont couchez dans les deux susdits projects par des termes injustes

quam plerumque fieri soleat, ut ab alio quodam exploretur sententia eius, quocum agendi voluntas sit, etiam hac de causa probare debemus Francogallorum legati sententiam, quod Kinskyus Comes usque ad Fridlandi exitum omni, ut postea apparebit, tempore Duci, qui summopere ipsi confidit, erat ex familiaribus.

Feuquierius igitur, quae Kinskyus indicaverat, Fridlandi ipsius consilia ratus, non multo post, ne quid in his rebus cunctando negligeret, litteras ad illum italico sermone conscriptas misit, quibus callide ac prudenter universo rerum statu copiosius explicato necessitatem, qua coactus a Caesare descisceret, Duci persuaderet. Quarum litterarum initio ingrati Caesaris mentione facta, „neque in posterum Fridlando — pergit — maiores Caesarem relaturum gratias. Magnae apud milites auctoritatis invidia atque de fide sollicitudine priore iam tempore in concione Ratisponensi ab exercitus imperio eum remotum, postea quidem revocatum, sed tum demum, quum gravissima Caesari imminuissent pericula. Quaevis dimicantium pars victoriam reportaret, ipsum nullos belli fructus capturum. Caesare enim debellato totius partis ruina ipsum quoque perditum iri, hostibus vero subactis primum quidem auctoritatem ipsius atque potentiam auctum iri, sed brevi temporis spatio praeterlapso prioris ingrati erga ipsum animi conscientiam excitaturam Caesaris de fide suspicionem atque invidia vetere ac fallacia inimicorum iterum eum obrutum iri. Neque victoriam de hostibus se reportaturum sperare eum posse. Coniunxisse enim sese arctiore quam prius societatis vinculo Evangelicos, ita ut omnibus viribus belli renovandi et usque ad pacem haud iniquam producendi consilium cepissent.

---

et indecens, *de ne poinct parler de la Boheme, si non comme il a esté faicte cy dessus, s'il estoit le soing pour favoriser son dessein.*" cf. Röse, Herzog Bernhard von Sachsen-Weimar. Bd. 1. p. 460.

Imperatoris autem opes unius tantum cladis mala fortuna omnino interituras. Quorum de conditionibus cum vivo etiam Suecorum Rege eum transegisse, neque nunc omittendum opportunum tempus, quo incertam suam non solum fortunam firmaret, verum etiam regni magni coronam sumeret, quam amici et potentes et fideles ei conservaturi essent. [60])

Ad has quidem litteras Fridlandum non respondisse Kinskyus dixit, qui tamen brevi post novas easque accuratiores quaestiones Francogallorum legato proposuit: primum quo modo Fridlandus Caesaris Hispanorum Regis atque Ligae, confoederationis catholicae, inimicitiam depelleret; tum qua ratione eum aggredi Caesarem Francogallorum Rex postularet atque utrum ipse Fridlandus omnium Evangelicorum exercitum imperium acciperet, nec ne; deinde quomodo contra Bavariae Ducem ageret, denique num Saxoniae Brandenburgiaeque Electores, Cancellariusque Suecorum harum rerum certiores fierent? Ad haec omnia apte quidem sed caute Feuquierius respondit, tum demum ad Regem Parisios totam rem litteris retulit. [61]) Quae res dum aguntur, Fridlandus quinto m. Maii die Praga relicta in Silesiam cum exercitu armis vestibusque egregie instructo, ipse apparatu regio profectus est. [62]) Assumptis ibi caeteris Caesaris copiis exercitus quadraginta millium militum numerum explevit, itaque Evangelicorum exercitu in his regionibus versante multo fuit superior. Merito igitur speratum, fore ut Fridlandus celeri felicique expeditione ex his terris hostes depelleret, et cladis ad Lucenam acceptae maculam deleturus, et bello in ipsas Electorum Sa-

60) cf. Mémoire par forme d'avis, dressé par Mr. de Feuquières à Fridland, in: *Lettres et negot.* T. I. p. 155. et *Aubery* Mémoires, T. II. p. 176 seqq.

61) cf. *Aubery* Mémoires. T. II. p. 178 seqq.

62) cf. *Khevenhilleri* Annal. T. XII. ad ann. 1633.

xoniae ac Brandenburgiae terras moto, Suecorum exercitus Bavariae ac regionum Rheno adiacentium victores ad istas terras deferendas avocaturus. Sed praeter opinionem res cecidit. Fridlandus enim primo in Silesiam adventu cum hostium ducibus ad se invitatis $\frac{2}{8}^{7}$ Maji inducias pactus, deinde clam transegit.

In his pactionibus quae proposuerit Fridlandus quaeritur? Respondemus: eadem de quibus priore iam tempore cum Francogallorum legato ab eo transactum fuit.

Proposuit enim ducibus istis se, dummodo Bohemiae regnum sibi permitteretur, cum Suecis, Saxonibus et Brandenburgicis firmam aequamque pacem initurum, consociatisque exercitibus Caesarem ad ratam eam habendam coacturum.[63]) Videlicet explorata Francogallorum sententia et quid Evangelici de iisdem consiliis sentirent, perscrutari voluisse Fridlandus videtur.

Quibus ergo factis induciis Arnhemius ad Electorem Saxonicum, Bubna Comes ad Cancellarium profecti sunt, ut eos his de rebus redderent certiores.

Ex deliberationibus autem ab Arnhemio in vico quodam, cui nomen Droesen, cum Electore Saxonico habitis, huius quoque consiliariorum eandem quam Francogallorum legati fuisse sententiam apparet. Consiliariorum enim Electoris Saxonici aliis quid respondendum sit Fridlando dubitantibus, alii haud ignotam esse censuere illius ultionis et gloriae cupiditatem, coniuravisse eum, a summo exercitus Caesariani imperio anno 1630. Ratisponae amotum, iniuriam certe se vindicaturum. Nunc vero quum sciret Bavariae ducem, veterem sibi inimicum, denuo in Caesaris aula sibi adversari, atque Hispanorum legatos consiliis suis omni tempore occurrisse, Hungariae denique regem appetere exercituum imperium,

---

63) cf. *Chemnitz* l. l. 2. p. 136.

Feriamque ducem cum Hispanicis Copiis in Germaniam profecturum, facile eum intelligere posse iterum ab imperio se iri amotum. Quare non temere acturum Electorem, quum omnibus semper diligenter observatis consiliis eius annueret.[64])

Dresdae diversum in modum inducias interpretati sunt. Alii enim Caesaris tantum utilitati consuluisse Fridlandum, alii, iique accuratiore rerum cognitione se esse imbutos rati, id tantum eum spectasse censuerunt, ut eo facilius cum Thurnio Comite ageret, quem ipse statim ad se invitavit; et his omnibus Fridlandum efficere velle, ut a Caesare plane descisceret. Quorum consiliorum non Viennae solum, verum etiam in exercitu caesariano increbuisse famam.[65])

Itaque Joanne Georgio, Saxoniae Electore, Fridlandi consilia haud aspernante, Oxenstierna, Suecorum Cancellarius caute provideque omnia circumspexit rationesque subduxit. Qui quum prudentia semper et consideratione inprimis opus esse putaret,[66]) hac quoque in re non festinanter temereque agendum ratus, Thurnio Comiti, haberet sibi commendatum, scripsit, ne non aspernans quidem Fridlandi proposita, praepropere ageret, ita ut, quoquo inclinarentur res, esset paratus.[67]) Multae et variae Cancellario fuerunt causae dubitationis. Dubitavit enim, an exercitus caesariani praefectorum tribunorumque animos ita sibi conciliavisset Fridlandus, ut omnibus, quae ab iis postularet, satisfacerent; timuitque porro, ne his, quae praeposuisset, Evangelicos fallere et ita quae vi se adepturum desperavisset, insidiis doloque adipisci vellet. Praeterea id quoque Cancellarium movit

64) cf. *Khevenhilleri* Annal. T. XII. p. 581.
65) cf. Mémoires et negot. de Feuquières. P. I. p. 246.
66) cf. Briefe Oxenstierna's an seinen Sohn, herausgegeben von Gjorvell (citirt nach H. v. Raumer).
67) cf. Chemnitz, Bd. 2. p. 155.

quod Saxoniae Electoris fides, neque immerito, Gustavo Adolpho mortuo erat suspecta. Ex his igitur, quae singuli Evangelicorum partium socii ad propositiones suas responderunt, Fridlandus, quum Arnhemius omnium solus ab Electoribus Saxoniae et Brandenburgiae ad foedus plane conficiendum auctoritate publica esset instructus, pacti rati habendi consilium capere non potuit. Fortasse etiam sibi ipsi quae essent agenda non plane constitit. Neque enim rebus cum legato solo actis Francogallorum Regis ipsius neque Oxensticrnae sententia plane perspicienda erat, ita ut haesitare posset, quousque illi suis faverent consiliis. Electores tantum Saxoniae et Brandenburgiae eum se adiuturos polliciti, sed quum et opibus et auctoritate inter Evangelicos non multum valerent, eorum auxilium minimi erat momenti. Quibus igitur, ut deliberandi exspectandique spatium haberet, novas priusquam pacta concluderet consociationis conditiones Fridlandus proposuit, ut Vratislaviam, Schweidnitiam, Glogaviam magnam, terras principales Evangelici sibi concederent, postulans,[68]) ita ut pactiones eum velle praecidere appareret. Arnhemium his conditionibus non annuere posse facile fuit intellectu.

Omissis igitur pactionibus induciisque sublatis, Fridlandus Schweidnitiam urbem aggressus est, fore ut repente per vim eam expugnaret, sperans, sed pulsus in castris et natura et arte munitis exercitum continuit, idque effecit, ut Sueci et Saxones nihil agere valerent.

Non responderat, ut commemoravimus, Fridlandus ad ea, quae ei Francogallorum legatus Kinskyo Comite internuntio aperuerat. Qua re itemque induciis per Silesiam tam repente sublatis commotus, Feuquierius de vera consiliorum Fridlandi ratione dubitare coepit, neque

68) cf. Chemnitz, Bd. 2. p. 165. *Pufendorf* Comment. Lib. V. p. 112. *Feuq. Mémoires et negot.* I. p. 273 seqq.

tamen priorem suam de his rebus sententiam plane mutavit, quo factum est, ut diversis litteris diebus 16. 21. 25. m. Junii ad Francogallorum Regem ab eo scriptis diversa probare videretur. Accepit denique Regis litteras, die 15. m. Julii conscriptas, ex quibus quanti res ad Fridlandum spectantes fecerit Richelius Cardinalis liquet. Quibus enim litteris, quamquam priora Regis mandata congressum cum Electore Brandenburgiac habendum vehementer commendaverant legato, si quidem pactiones cum Fridlando institutas eo impedirentur, in aliud tempus illius congressus differendi data est facultas. [69])

Cum his litteris publicis Francogallorum Rex etiam epistolam ad Fridlandum manu sua conscriptam misit, qua incertis dubiisque quidem verbis consilia illius commemorans, Ducis tamen res aeque ac suas se tuiturum pollicitus est. [70]) Veram horum verborum sententiam ex litteris ad legatum eodem die conscriptis cognoscimus, quibus, quae ad Fridlandi propositiones legatus responderet, Rex iussit.

„Francogallorum Regem, si Fridlandus, prout cum legato pactus esset, ab Imperatore descisceret, omnes opes omnemque suam auctoritatem ad id consilium adiuvandum impensurum; exercitumque ad Germaniae fines missurum, qui quam primum Fridlandus posceret, Alsatiam invaderet. 100,000 thalerorum subsidium, fortasse etiam 500,000 fr. Regem daturum, praeterea 100,000 Livres, quum ipse Fridlandus suo nomine 30,000 pedites et 4- vel 5000 equites conscriberet. Foedere facto utramque paciscentium partem, nullam nisi communiter se ituram pacem polliceri, Fridlandum autem, occupato

69) cf. *Feuquières Mémoires et nég.* I. p. 283.

70) cf. *Feuquières*, I. p. 290. Je serai bien aise de voir reussir des bonnes intentions, que vous avez pour les affermir (les affaires d'Allemagne) contre ceux qui les voudroient troubler.

Bohemiae regno, sive expeditione in Austriam facta, sive alio quodam contra Caesarem inimicitiae signo publice emisso se Caesaris hostem profiteri debere. Caeterum ne Maximilianus, Bavariae Dux, neque Wladislaus, Poloniae Rex, Fridlandi hostes se gererent, Francogallorum Regem curae sibi habiturum, quem etiam, si Fridlandus aliter de Bavariae duce statuendum censeret, omnia quae contra illum agere vellet libere permissurum, denique omnibus eum adiuturum viribus, ut Bohemiae regnum capesseret." [71])

Priusquam Feuquierius has litteras, praeterea singularem ei commendantes prudentiam accepit, denuo Kinskyus Comes ad ipsum venerat. Neque tamen temere vel praepropere Francogallorum legatus egit. Nam Comitis animum advertens ad suspicionem, quam Fridlandus, quum cunctando tempus terere videretur, procul dubio excitaturus esset, monuit ne socer tanta in re insidiose agens efficeret, ut quum vexaretur ab inimicis, ab amicis destitueretur. Denique nisi Fridlandus quid de rebus ei propositis sentiret, declararet, quidquam in hac re se acturum legatus negavit. [72])

Quibus dictis denuo Fridlandus ad rem agendam excitatus est. Diebus enim vix octo praeterlapsis Kinskyus novis a Fridlando mandatis instructus Saxoniae Electori aperuit, accepisse se salvum ad exercitum caesarianum conductum, ut Electoris, si illi placeret, interpres denuo de Fridlandi cum Evangelicis paciscenda consociatione agere posset. Nihil magis hac in re animadversum est, quam quod Fridlandus cum Electore Kinskyo interprete agere vellet, qui omni apud Joannem Georgium aestimatione careret. Paciscendi autem praetextu Fridlando sine ulla Caesaris suspicione cum Kinskyo congredi licuit, id quod

71) cf. *Feuquières*, *Lettr. et négot.* II. p. 1 seqq.
72) cf. *ibid.* I. 68.

quod alio modo fieri non potuit, quum Kinskyus et Evangelicorum doctrinam amplecteretur et Caesaris iussu Bohemiae exsul esset. Fridlandus autem speravit fore ut Joannes Georgius, quippe qui tanto pacis amore flagraret, ut quovis viro internuncio de ea pacturus esset, hac de re facile deciperetur. Neque fefellit eum spes. Nam Kinskyus ab Electore paciscendi auctoritate instructus, profectus est ad Fridlandum, cui simul Francogallorum regis litteras, a legato pridie acceptas, adtulit.

Eodem tempore novis in Silesia induciis factis Fridlandus Holkium, militum Caesarianorum praefectum, qui e Bohemiae finibus paullo antea castra movens, totam fere Saxoniam usque ad Cizam et Numburgum, urbes in suam redegerat potestatem, avocavit.

Per duodecim dies, ut Chemnitius memoriae mandavit, Fridlandus, quamvis exercitui et Evangelicos duplici numero superanti atque armis et commeatu optime instructo praeesset, apud hostium duces novas sollicitavit inducias. [73])

Multis ultro citroque litteris missis Arnhemius denique ac Thurnius Comes Fridlandi voluntati satisfecerunt induciis faciendis, quae per quatuor hebdomadas durarent. Praeterea placuit ut induciae non Electorum tantum in terris observarentur, verum etiam ut neuter paciscentium in alias Germaniae terras, in quibus bellum gereretur, auxiliares mitteret copias. [74])

Arnhemius igitur ut Oxenstiernam Cancellarium, quem prudentissime agere iam diximus, consiliis Fridlandi redderet promptiorem, in Thuringiam profectus, cum eo Gelnhusae congressus est. [75]) Quo in congressu Arnhe-

73) cf. Chemnitz l. l. 2. p. 214.

74) cf. Förster, Wallensteins Briefe, Bd. 3. p. 50. 51.

75) cf. Chemnitz l. l. 2. p. 191.: „Zu dem Ende, daß Arnheim desto füglicher herausziehen, um das Werk beim Herrn

mius omnia quae iam prius cognovimus, Fridlandi consilia Cancellario aperuit. Offensum esse eum, Arnhemius dixit, quum recoleret memoriam ignominiae ante triennium illatae, et quod Feria Dux ex Italia cum exercitu nullum alium in finem, quam ut eius potentiam diminueret, evocaretur; cepisse igitur eum cum Evangelicis se consociandi consilium, siquidem cautum foret, ut in omnem eventum Evangelicorum auxilia ipsi praesto essent.

Ad haec Arnhemius verbis subobscuris Fridlandum putare significans in Holkio, Galassio, aliis militum praefectis omnem fiduciam ponere se posse, denique ut sex Suecorum legiones Holkii auspiciis subderet a Cancellario Fridlandi nomine postulavit, totidem Fridlandi legiones cum se ipso consociatum iri promittens.

Quamquam autem Cancellarius hoc quoque tempore, ut consuevit, provide et circumspecte respondens, legionum consociationem recusavit non plane tamen aspernatus consilia, omnimodo, si quidem Fridlandus perseveraret in iis, eum se esse adiuturum pollicitus est. Fieri posse, ut Fridlandus a Caesare deficeret, neque eius consilia plane reiicienda esse credidisse Oxenstiernam etiam inde colligas, quod Steinackerum, quendam militum Suecicorum praefectum, in Silesiam misit, qui veram Fridlandi sententiam exploraret, atque si in consiliis sibi constaret, ad destinata exsequenda eum instigaret, nec de Evangelicorum auxilio dubitare iuberet.[76])

---

Reichskanzler zu unterbauen Raum und Gelegenheit bekäme, hätte er (Fridlandus) diesen Waffenstillstand geschlossen.

76) cf. Chemnitz, 2. p. 192. Etiam cum Feuquierio communicavit Arnhemius consilia quae Waldsteinius proposuerat. cf. *Richel.* Mém. T. VII. p. 348.: „Peu de jours après que le dit sieur de Feuquières fût arrivé à Francfort (sur la fin d'aout, cf. p. 346.) il reçut avis de la part du général Arnheim d'une trève qu'il avoit renouvelée avec Walstein et en même temps

Fridlandus Arnhemio in Silesiam reverso, quum quid Cancellarius sentiret nuntiatum esset, nova molitus esse videtur. Quum enim Arnhemius instigaret eum, ut veritatem aperiret, vehementer se intelligere, respondit Fridlandus, nullam pacem, nisi externis e Germania pulsis concludi posse; quem ad finem persequendum ut Arnhemius operam suam sibi navaret, postulavit. Nihilominus autem Arnhemio priora consilia in memoriam revocanti, se constare sibi in his consiliis Fridlandus inquit, sed hoc ad ultimum tempus se dilaturum. [77])

---

le prioit de lui vouloir accorder une conférence aveo lui pour affaires très-importantes pour *la cause commune.* La lui ayant accordée il dit à son retour au sieur de Feuquières, que ledit Walstein n'avoit mis en avant la proposition d'un traité général que pour avoir lieu de s'ouvrir avec lui sans donner soupçon à l'Empereur; qu'il voyoit bien que la maison d'Autriche le vouloit maltraiter, que le duc de Feria venoit prendre sa place; qu'il étoit averti de bonne part, qu'il y avoit des entre prises contre sa personne; qu'il croyoit, que son *adjonction ou parti de l'union* ne lui seroit point peu avantageuse; qu'il desiroit savoir quelles sûretés il pourroit recevoir des conditions qu'on stipuleroit avec lui et de assistances qu'il avoit à en attendre."

Eodem tempore Holkius ad Bernhardum Ducem scripsit: „Fridland hat mir befohlen, die kaiserlichen Völker ins Voigtland und an die böhmische Gränze zu ziehen, und die Truppen Ew. fürstlichen Durchlaucht **nicht anzugreifen**, wenn sie in der Nähe sind. Ich bitte sie ebenmäßig alle Feindseligkeiten einzustellen, so **wie ich mich zu fernerer Unterhandlung erbiete**, wenn ich in Ew. fürstl. Gnaden Nähe werde angekommen seyn." cf. *Roese*, Herzog Bernhard von Sachsen. I, p. 276.

77) Quibus de rebus ad Electorem Brandenburgiae scripsit Arnhemius: „— Er (Wallenstein) befinde, das doch kein bestendiger friede könne gemacht werden, es wehren dan die außlendische erst vom Reichsboden geschafft, undt ausdrücklich begehrt, das wir uns conjungiren und die schwedischen schmeissen wollten." . . . . . „Ich habe ihme auch seiner Vorschläge

Haud difficile explicatu nobis videtur, quibus de causis ita se gesserit Fridlandus. Nam celeriter, ut solebat, ad iram commotus aegerrime id tulisse videtur, quod Oxenstierna Cancellarius, isque omnium solus, ad consilia ista ineunda non promptiorem se praeberet, sed quid vere de his rebus sentiret dissimulans, cunctando tempus tereret.

Induciis igitur sublatis Arnhemioque exercitus Caesariani itinere quodam insidioso decepto, Fridlandus repente exiguum Suecorum exercitum, cui Thurnius Comes praefuit, ad Steinaviam circumvenit, ita ut, dimidiae tantum horae spatio ad deliberandum concesso, cum armis et impedimentis in deditionem se dare cogerentur. Tum Fridlandus celeriter in Marcas Brandenburgicas profectus, Lignitiam, Glogaviam magnam, Goldbergiam, Saganum, Crossaviam, Francofurtum, Landsbergiam, urbes, Brandenburgiae Electorem, qui Berolinum reliquerat, passim fugans, partem vi partim pacto cepit.

Quo in itinere denuo Fridlandus, Francisco Alberto, Saxonico-Lauenburgicae Duce, interprete cum Electoribus transegit. Ex litteris quidem, quas de Rorté Francogallorum apud Brandenburgiae Electorem legatus ad Feuquierium scripsit,[78]) accuratiorem rerum, quas proposuit, Fridlandus notitiam depromere non possumus, sed ex quibusdam colligere licet, eum ut Electores a Suecorum et Francogallorum societate recederent, flagitasse; id quod probari videtur his, quae Berolini gesta sunt a Francisco Alberto, qui odio contra Suecos concepto non dissimulato infelicem belli Silesiaci eventum clandestinae

---

erinnert, sagte: Er sey noch der Meinung, aber das wollt er zuletzt sparen. Nun wirdt es am meisten daran mangeln, das Keiner ist der es ihme glaubet." — cf. Förster, Briefe Wallensteins, Bd. 3. p. 73. 74.

78) In: Feuquières Lettres etc. T. II. p. 147 seqq.

cuidam Suecorum cum Fridlando societati imputandum esse iactare ausus est.

Quas res etiamsi Fridlandus, Oxenstiernae cunctationi irascens, eum in finem egerit, quem de Rorté in litteris, sed ipse quae scripserit, non ab omni parte veritate firmata esse referens, significavit, tamen in his quoque pactionibus conditiones Evangelicis ille proposuit, quae neque obedientiam Caesari debitam neque eiusdem utilitatem admittere posse videntur. Nam alius quidam rerum scriptor eo tempore ab Evangelicis Fridlandum postulasse refert, ut copiis Saxonicis et Brandenburgicis cum Caesaris exercitu consociatis, primum communiter Suecos expellerent Germania, deinde etiam invito Caesare ecclesiasticam et civilem pacem eum in modum instaurarent, quo Rudolfi ac Matthiae Caesarum temporibus floruisset. [79]) Brandenburgiae autem Saxoniaeque Electoribus tales pangere conditiones nolentibus Fridlandi consilia irrita facta sunt.

Eodem tempore litterae Caesaris allatae sunt Fridlando, ut Maximiliano, Bavariae Duci quam celerrime cum exercitu opem ferret. Bernhardo enim Duce Ratisponam urbem obsidente, Austriacis iam terris belli periculum imminuit, ubi rusticorum sediti omodo exstincta facile denuo Evangelicorum copiis appropinquantibus exardescere potuit.

Quae Caesaris mandata aegerrime se ferre non dissimulans, Fridlandus lento tantum itinere cum exercitu in Bavariam tendit; sed primum tempus Budissam, Lusatiae urbem, obsidendo [80]) trivit, deinde Ratispona a Bernhardo Duce $\frac{5}{15}$ m. Novembr. d. expugnata, in Bohemiam copias in hiberna collocaturus re infecta rediit.

Quum igitur rerum a Fridlando gestarum seriem se-

---

79) cf. Chemnitz, 2, p. 273.

80) cf. Relat. de Rorté in: Feuq. Lettres et negoc. T. II.

cundum Francogallorum Suecorumque scriptores explicatam perspiciamus, hos omnes in causis principalibus cum Sesinae et Khevenhilleri relationibus consentire facile intelliges, qui etiam eiusmodi res, quae, ut Fridlandi de Suecis Germania expellendis dicta, in eius defensionem verti possunt, non omiserunt, et ita sibi maiorem comparaverunt fidem. In eo tantum inter se discrepant, quod Sesina nihil de rebus cum Francogallorum legato actis ad Caesarem retulit. Neque est quod mireris, quum ea tantum, quae ipse internuncius transegit, memoriae mandavit.

Inter omnes igitur constat, Fridlandum Evangelicis revera desciscendi a Caesare consilia aperuisse, nec minus constat, neque Sesina hoc negavit, de his rebus paeisci bis eum desiisse. Quaeritur ergo quomodo factum sit, ut ille, si revera desciscendi ei esset animus, hoc tempore fluctuaretur. Cui quaestioni iam supra nos satisfecisse speramus. Quum in memoriam revocaveris Fridlandum primum Francogallorum legati, deinde Electorum Saxoniae et Brandenburgiae, postremum Oxenstiernae his de rebus sententiam explorare studuisse, atque a legato, non a Francogallorum Rege ipso responsum haud iniquum retulisse, Cancellarium autem prudenter cunctanterque rem tetigisse, ita ut Electores soli auxilium promitterent, — in pactis concludendis eum esse cunctatum non mirabere. Quum vero pactiones iterum essent instauratae, Francogallorum Regis quidem responsum iam acceperat Fridlandus, sed denuo Oxenstierna assentiri cunctatus est, ita ut ille iratus hoc etiam neglecto ad finem pervenire studeret.

Quaeras fortasse, cur Fridlandus assentiente iam Francogallorum Rege consiliis, tamen cum legato de his rebus agere desierit? Sed facile est explicatu! Nam quo tempore Fridlandus cum Francogallorum legato transigere desiit, eodem nuntium quendam Parisias miserat, quem

cum ipso Richelio, Cardinali, per septem horas de his consiliis disseruisse memoriae traditum est.[81])

Neque haec disputando nobis est in animo contendere, Fridlandum, quum ista cum Evangelicis ageret, iam in eo fuisse, ut statim a Caesare descisceret. Consilium autem desciscendi fovisse, neque sublatis etiam induciis omisisse eum et ex his, quae Arnhemio eum dixisse iam memoravimus (quippe idem adhuc se velle, sed ad ultimum tempus id se dilaturum[82]) et ex seriore rerum eventu credere licet.

Quo maioris momenti esse videtur illud Fridlandi ipsius dictum, eo magis videtur mirandum, quod Fr. Foersterus, quamvis ipse illius epistolae nobis copiam fecerit, hunc eius locum alto silentio praeterierit.

Rerum gestarum ratione, qualem scriptores aequales nobis tradiderunt, omnino non commutata, dubitationes sustulisse atque lectoribus causarum connexum ostendisse nos speramus. Quum autem et Fridlandi mores,[83]) ingeniumque priore iam tempore multis rebus perspicuum, et temporis totius naturam et rerum inde a pugna ad Lucenam commissa conditionem, quam Francogallorum legatus sagacissime perspexisse nobis videtur,[84]) cum istis conferamus famosis consiliis, multo magis nobis probatur Ducis noxa quam innocentia. Talem enim virum, quem gloriae cupido non minus quam Fortuna omnipotens ad imperii principis dignitatem extulerat, de quo aequales priore iam tempore, num Caesari obediturus esset, du-

81) cf. Relationem Bernhardi Richeli 18. Jan. 1634. ad Maximilianum Viennae conscriptum (Bernhardus Richel Bavariae legatus erat h. t. Viennae) in: Neue Beiträge zur vaterländischen Geschichte rc. von Buchner und Zierl. Band 1. Heft 3. 1832.

82) cf. p. 43.

83) cf. p. 13.

84) cf. p. 36. 37.

bitaverunt,[85]) potentiae atque auctoritatis iacturam aequiore animo passurum fuisse non est credendum. Quum Gustavo Adolpho, Suecorum rege, exercitus Caesarianos debellante, iterum ad summum copiarum imperium suscipiendum a Caesare vocaretur, veteris fortunae dignitatisque recuperandae spes in eo excitata est. Atqui fortuna ei non stetit. Bis fere ab hostibus superatus, in Austriacas terras repulsus, futura fortuna ei curae fuit. Volutans enim animo quales quotque sibi antea paravcrit in Caesaris aula inimicos, non fieri non posse intellexit, ut, auctoritate eorum propter infelicem belli eventum crescente, fiducia gratiaque in se posita everteretur. Invasit timor ne dignitate non solum, verum etiam opibus in Caesaris utilitatem fere omnibus impensis iterum privaretur, atque veteris domini diffidentiae recordatus, dubitare coepit, num felicissimo etiam belli eventu, terras istas hereditarias sibi promissas, totius vitae praemium a se exoptatum, Caesar concessurus esset. Itaque cum Evangelicis de societate ineunda paciscendi consilium cepit, ut, quum necessitas urgeret, dignitatem suam tueri posset.

Quibus pactionibus quum dubia ipsius fides videri deberet et Protestantibus et Caesari, interitum ipse acceleravit. Res a Fridlando anno $16\frac{33}{34}$ gestae Caesarem coëgerunt, ut de fide eius dubitaret atque de securitate cogitaret, id quod Fridlandi iterum consilia maturavit; itaque alter alterum ad ultimum rerum discrimen compulit!

Recte igitur Arnhemius, quum Brandenburgiae Electori scriberet: „Nun wird es am meisten daran mangeln, daß keiner ist, der es ihme glaubet“[86]) futurum earum rerum eventum animo perspexit.

---

85) cf. p. 25.

86) cf. p. 43. not. 23.

## CAP. VII.

*Fridlandus Pilsnae commorans. — Res in Caesaris aula in illum tentatae. — Fridlandus Agriae interfectus.*

Fridlandus his, quae per annum 1633. gessit, Caesari (cui minime id exprobrandum videtur) suspectus fieret necesse fuit. Nam Suecorum exercitibus Bavariam, Alemanniam Alsatiamque occupantibus, Fridlandus otiose copias in castris cohibens cum Evangelicis inducias pactus est, quamvis non difficile factu videretur, ut bello Electorum Saxoniae Brandenburgiaeque terris illato, Sueci e Bavariae finibus amoverentur. Neque Fridlando neque exiguus copiarum numerus, neque deficiens exercitus armatus impedimento fuit. Cognovimus enim ab eo et Evangelicorum in Silesia exercitum numero superatum,[87]) et copias Caesaris omnibus ad bellum necessariis rebus optime instructas e Bohemia eductas esse.[88])

Quibus de causis Feuquierius iam vigesimo secundo m. Augusti die ad Francogallorum regem litteris perscribere potuit: in diem, teste Charbonnerio, Francogallorum legato Viennensi, magis his, quae Fridlandus ageret, indignari Imperatorem.[89])

Induciis in Silesia secundis initis Ferdinandus II. ut accuratiorem quandam de Fridlandi consiliis notitiam acciperet, in ducis castra Schlickium Comitem misit. Bene eum excepit Fridlandus, sed Comite, si ipse exercitui praeesset, facile victoriam se reportaturum iactante, se interfici Comitem iussurum respondit. Equos ab Hispanorum rege dono datos Fridlandus statim aliis largitus est, atque aurei velleris ordinem irrisit. Quibus nimi-

87) cf. Chemnitz, 2, p. 214.
88) cf. Förster, Wallensteins Briefe, Bd. 3. p. 26.
89) *Feuq.* Lettres et neg. II. p. 72.

rum dissidium inter Caesarem et Fridlandum exortum non est diminutum. Immo auctum est atque ad summum gradum pervenit, ubi Fridlandus instantes Caesaris preces aspernatus, itinere ad Ratisponam obsidione liberandam suscepto, in Bohemiam cum exercitu revertit. His rebus quantopere affectus fuerit Ferdinandus II. e pluribus litterarum hoc tempore ab ipso conscriptarum locis apparet. Erat enim priore iam tempore Bohemia quibuscunque belli molestiis maxime vastata[90]) atque me-

90) Scripsit Ferdinandus his de rebus Questenbergio (Förster, Briefe Wallenst. 3. p. 114 seqq.): „Nun zweifeln wir keineswegs, Sr. Liebden (W.) werden sich noch guter Gestalt zu erinnern wissen, was wir vorhin Deroselben zu öfteren Malen zu erkennen gegeben, wie beschwerlich es noch allemal mit vorbemeldten Quartierungen hergegangen, was uns für bewegliche Remonstrationen von den getreuen Landen zu gemüth geführet, wie stark wir dagegen dieselben animirt und auch Ihre Liebden selbsten uns zu unterschiedlichen Malen und noch neulich erst gegebenen Vertröstung, daß sie solche Anstellung machen wollten, dadurch sie, die Lande, des weitern Belastes würden befreit bleiben können, endlich dahin bewogen haben, daß sie die beiden Jahr herum ihr äußerstes gethan, und eben dieser Vertröstung halber sich desto tiefer im Seckel angegriffen hätten. Dannenhero, sollten nun denselben jetzunder wider solche, von uns beschehene Assecuranz und Kaiserliches Wort was mehreres über ihre wissentliche Unvermögenheit zugemuthet werden, ließen wir Ihre Liebden bei Ihr selbst ermessen, was es für Kleinmüthigkeit und desperation bei denselben erwecken und weil dennochter noch allerhand Leut sich in denselben befinden, welche nicht gar rechte gesunde Gemüther haben, was leichtlich für gefährliche Ungelegenheit daraus entstehen durften, indem sie, wie aus Ihren uns bisher eingeschickten Beschwerungen genug abzunehmen gewesen, Ihnen fürbilden, man suche hierunter anders nichts, als ihren Ruin und ihre Freiheiten unter die Füße zu treten. Ihre Liebden wollen dem Werk etwas weiter nachdenken und sich versichert halten, daß wir auf vielfältig eingezogene Berichte und examinirung der bemeldten Lande Beschaffenheit selbsten befunden hätten, daß kein Geld noch Volk mehr darin zu bekommen

tuentes ne tota terra perderetur, subiectorum ordines vehementer apud Caesarem conquesti sunt, ita ut ille iratus scriberet: „Dadurch unsere hohe Autorität bei den Ständen verkleinert, auch die fremden Potentaten allerhand Scrupel dürfften erweckt werden, daß wir gleichsam einen corregem an der Hand, und in unsern eigenen Landen keine freie Disposition mehr übrig haben.[91])

Fridlandus igitur Ferdinando II. ut in hostium terris hibernaret iubente, per Bohemiam copias distribuit, quod non sua tantum sponte, sed exercitus praefectorum consensu factum excusavit, quendam eorum libellum Viennam mittens, quo Imperatoris mandatis a Questenbergio allatis satisfieri non posse, censuerunt.[92])

Quo factum est, ut Ferdinandus II. indignatus ratione qua Fridlandus bellum gereret, ab imperio eam amovendi vel eius auctoritatem restringendi consilium caperet. Id quomodo Viennae sit agitatum, accuratissime refert Bernhardus Richelus, Bavariae legatus, in litteris ad Maximilianum Ducem scriptis. Duodevigesimo iam m. Decembris die Maximilianus legato mandavit, ut accusationis libellum Caesari traderet, quo Fridlandum ab imperio amovendum urgeret. Ferdinandus autem secundus eo tempore non Fridlandi inertia tantum, verum etiam aliis causis adductus hoc consilium ceperat. Quippe de iis, quae Fridlandus cum Francogallis egerat ac de eiusdem consiliis Arnhemio propositis, erat nuntiatum. Priusquam vero Caesar tale quid suscipere vel omnino certam ferre sententiam poterat, militum praefectorum auctoritate insignium animos sibi reconciliari necesse fuit. Quibus enim, si Fridlandus obedientiam negaret, subsidiis uti potuit Ferdinandus? — Quare Blumenthalium, nobilem virum In-

und Ihr Liebden Ihre dieses Orts habende Intention schwerlich erlangen würden."

91) cf. Förster, Wallensteins Briefwechsel, Bd. 3. p. 116.

92) cf. *ibid.* 3. p. 121 seqq.

et praefecturae equestris dominum, ad Galassium, Walmerodum quendam ad Aldringerum aliosque ad alios sibi conciliandos misit, quorum non minus responsa quam Trautmansdorfium Comitem e Bohemia revertentem, priusquam de Fridlando statueret, exspectavit.[93]) His quoque temporibus quid agendum sit, Caesarem dubitavisse e litteris Richeli nono Januarii m. die scriptis apparet.[94])

Tandem Trautmansdorfius Comes Viennam reversus nuntium attulit, quo Caesaris consilium firmatum esse videtur. Nam brevi temporis spatio intermisso ad Bavariae ducis legatum misit Antonium Episcopum Viennensem, qui diceret: intellexisse nunc Caesarem quam male ipso inscio Bavariae Elector tractatus sit a Fridlando, summam remedendi adesse necessitatem; sed quamvis de Fridlando iam statutum esset, prudenter tamen atque summo secreto observato esse agendum.[95])

Caesare igitur de Fridlando ab imperio amovendo cogitante, Fridlandus ipse, simulac in Bohemiam regressus erat, strenuum in rebus gerendis se praebuit. Quae pericula cunctanti sibi imminerent et medium inter duas partes tenere se non posse reputans, nunc tandem firmum a Caesare desciscendi consilium cepisse videtur.

93) cf. Richeli relationem ultimo die Dec. 1633. conscriptam.

94) Scripsit enim Bernhardus Richelus: „es stehe mit des Fridlands Kassirung schlecht, kühl, mißlich; sonderlich dreier vornehmer opponenten wegen, der Kaiser sei zwar zur Amotion geneigt, einige ministri aber hielten es für besser, bloß die Vollmachten zu restringiren."

95) Bernhardus Richelus scripsit 11. Jan. 1634.: „er (Ferdinandus) habe aus dem Anbringen desselben vernommen, wie übel bisher der Kurfürst durch Fridland tractirt worden; solches sei ganz wider seinen Willen geschehen; es sei die höchste Nothdurft zu remediren, welches auch in vollem Werk sei, allein man müßte sehr gemach und behutsam gehen und summum secretum beobachten."

Initio anni 1634. primo Januarii die Kinskyus Comes, qui Pilsnae apud Fridlandum morabatur, litteras ad Feuquierium misit, quibus Fridlandi nomine Francogallorum regis de societate ineunda conditiones propositas eum acceptorum perscripsit. [96])

Tali ergo modo firmum deficiendi animum se habere declaravit Fridlandus, priusquam Imperator, quae agenda essent, certo decreverat.

Istae quoque Kinskyi litterae documento sunt, Fridlandum non sine causa priore tempore cum Evangelicis transegisse, multoque antea consilia ista voluisse animo atque quae Kinskyus cum Francogallorum legato egisset, rata habuisse.

Qualibet tum ratione exercitus Caesariani praefectos sibi conciliare studuit. — Quare omnibus fere militum superioribus tribunis Pilsnam convocatis et duodecimo Januarii m. die concione habita per Illonem iis aperuit, se Caesaris mandatis saepissime impediri, quominus exercitui, ut ipse vellet, bene consulere posset: itaque exercitui praeesse desinendi se cepisse consilium. Qua oratione

96) Quae litterae hae sunt: „Excell^mo^ Seign^re^ senza dubbio si ricordara del ultimo discorso auzi della resolutione che si degna di tener, et commandarami nello partir de dresden Jo non ho mancato d'jmpiegare tutte le mie per servicio del Re, et del mio Seign^re^ jn detto negotio et ho con l'ainto di dio tanto auanzato et penetrato die quella persona principale si e risoluta dacommodarse jn tutto conforme il desiderio de V. E. et articolo dalli a me proposti non resta doncque altro sy non che V. E. sy compiacis di dar ordine con plenipotentia per confirmar, et ratificar sopra della tratato, a tel fine ho spedito questo gentilhuomo a posta per farli [e] consapeuoli et rimetter [e] il resto al buon giuditio et risolutione di V. E. alla qual bacio le Mani jl fatto conqiste tutto nella celerata et promtitudine et spettaro dunque la riposta di V. E. senza dilatione e. i. janu." cf. Röse, Bernhard von Sachsen-Weimar. Bd. 1. p. 454.

militum praefectos, priori iam tempore et mandatis a Questenbergio allatis et quod Caesar residua nondum solverat stipendia vehementer commotos, etiam maiore indignatione affici necesse fuit, quum de pecuniis, quas Fridlandi tantum auctoritate freti in Caesaris utilitatem impenderant, recuperandis illo imperium abdicante plane desperare deberent. Itaque Illone instigante, statim electos quosdam maioris auctoritatis viros ad Fridlandum miserunt, qui vehementer, ut se ipsis insciis exercitus imperio non abdicaret, ab eo flagitarent. Quorum precibus, primum quidem cunctatus, postremum tamen cessit Fridlandus, illi autem litteras quasdam conscripserunt, quibus omnis Ducis fortunae comites fore, bona opesque et ipsius et exercitus saluti impensuros atque perfidos ad mortem usque persequuturos se polliciti sunt.[97] Convivio in Illonis aedibus parato quadraginta militum praefecti litteras nominibus subsignatis ratas habuerunt.

Accuratiore harum litterarum cognitione caremus. Khevenhillerus quidem in annalibus retulit, fuisse in iis verba quaedam ad Caesarem pertinentia, quibus militum praefecti Fridlando tam diu quam ipse in Caesaris servitio maneret, fideles se futuros promisissent, sed omissa esse ea in litterarum copia quadam, quam inter epulas illi ratam habuissent. Fridericus Foersterus non vere de verbis istis omissis retulisse Khevenhillerum eam ob causam affirmavit, quod reorum nullus omissa esse haec verba confessus est, quod tamen egregium excusationis argumentum iis suppeditasset. Iisdem vero causis nunquam fuisse in litteris istis illa verba probari posse videtur. Nam si revera in litterarum copia a militum praefectis rata habita fuissent, illi proditionis rei facilius litterarum

97) Litterae istae famosae typis sunt excusae in: Förster, Briefe, Bd. 3. p. 149 seqq.

ratihabitionem excusarent, si verba illa infuissent, quam si abfuissent. 98)

---

98) Nostra hac de re sententia firmatur quoque litteris pridie quam illae res Pilsnae actae erant ad Bavariae Ducem e Pilsna ab exploratore quodam missis, quas quum magni momenti esse videantur originali sermone proferimus.

Eur 2c. Die allhie gehaltene zusammenkhunft hat disen mittag ir entschafft erraicht und der daryber aufgesetzt schriftliche schluss von allen commendanten subsigniert worden, so vil Ich inter discurrendum von vornemmen officieren und bediennten verstehe, dahin gehen, weil dem hörtzog auf der ministern in aula Caesariana so es nit verstunden, ansuechen, under andern disgusten zuegemuettet, etliche tausendt Pferdt dem Infante nacher Niderlandt zu convöieren, Item Chur Bayrn etlich tausendt Mann Regenspurg und andere orth zu recuperieren ybergeben solle, und der hörtzog solches nit allein nit ratsamb befinde, sondern auch das dadurch der armee total ruin ervolgen wurde, Derowegen er khurzumb resignieren und die yberige wennige zeit seines lebens zuezebringen sich an ein sicher orth in ein kloster begeben wolte, warauf die commandanten sehr perplex gewesen, und gesagt es werde, wan er resignieren wurde, der mehrer thail auch nit bleiben wollen, derwegen Ire Frel. Dhl. bey der armea zuverbleiben gebetten, Sie begehren kheinen andern Generalen, wellten ihme alle volgen, leib, guett und bluett bey ihm aufsetzen, worüber nach beschechner deliberation ein schrüfftlicher recess aufgesetzt, von allen commandanten, nachdem sie bey dem Ilo zimblich getrunckhen, Offen, Fenster, stiel und penkh zerschlagen, also subsiginiert worden; es last sich aber heut ansehen, weil der Römisch Kays. Mayest. hierin nit gedacht seyn soll, die subscription etliche gerehnet haben möcht, alß aber dessen der hörtzog Ihnnen worden, hat er Sie heunt er abermalß mit einander fürkhommen lassen, Ihnen abermals fürgehalten, den recess fürlesen lassen, mit vermeldten, das er erfahren, waßmassen etliche Obriste die puncta beredt undt zun subsignieren difficultieren wollten, Nun sollte in Gott dafur behuetten, das hierdurch etwas wider die Röm. Kay. Mst. oder das Römisch Reich gemaint oder angesehen seyn solle, es also bey dem concluso und daraufgesetzten recesse verbleiben;

Fridlandus igitur istis militum praefectorum litteris acceptis familiares quosdam ad copias Caesarianas in Silesiam Austriamque misit, qui tribunos commoverent, ut simili modo eas ratas haberent. Eodem tempore etiam Kinskyus brevi temporis spatio duabus ad Feuquierium missis epistolis Fridlandum in eo esse perscripsit, ut statim se hostem Caesaris profiteretur; priorique tempore cunctatum eum esse, quoniam quid militum praefecti de his consiliis sentirent non plane explorasset; quorum animis nunc sibi conciliatis iam milites sibi tantum fidem praestandam esse eum edocturum.[99]) Quas cum Francogallorum legato res actas nobis considerantibus neminem Foersteri sententiam approbare versimile videtur, qua Fridlandum haec omnia gessisse contendit ille eum tantum in finem, ut exercituum quidem imperio se abdicaret, sed simul Caesarem ad pactum secum initum servandum cogeret. Immo vero ex his omnibus colligere licet, abdicandi animum, etiamsi iactaret, Fridlando omnino non fuisse. Quid? Quam ob causam de Bohemiae corona acquirenda pactiones cum Francogallorum legato instauravit?[100])

---

solle auch in diser proposition dero Kanzler fürhaben bracht, das weilen die Spannier sein Hörtzog auch mit güfft nachgetrachtet, Er billiche vrsach habe sich zu revancieren, derowegen gefragt, ob die Obristen, weil Sie alles guets von ihme empfangen, und noch mehreres, alß wann ein anderer General zu der Armee khommen sollte, so von Iren khriegs diensten und meriten nichts wüsse, zugewartten hetten, im volgen wollten, darauf einer ge antwortet, sie sind all einig guet und Bluet beyzusezen, dieses aber anderen Generalen Commendanten dergestalt heraußzufahren mißfallen haben sol.

99) cf. *Feuq.* Lettres etc. T. II. p. 211 seqq.

100) cf. Epistolam Pragae 19. Jan. d. 1634. ad Maximilianum scriptam: „So ist ein notdurfft das Chur Bayren auf des Hörzogen von Fridland actiones fleissige obacht halten, wiellen allem ansehen nach selbige dem löbl. hauß Oestreich und Bayren zu schaden gerichtet sein, man mueß aber hierinnen Ihrn zeit

Priusquam autem rerum Pilsnae gestarum nuntii Viennam perlati sunt, Caesar accuratissimam eorum, quae Fridlandus cum Francogallis egerat, notitiam e Parisiis a Sabaudiae Duce acceperat. [101]) Quorum maxima Ferdinandus afficiebatur cura, ita ut Bavariae legato ad colloquium commisso semper sibi in animo versari has res dixerit, neque quiete dormire se posse. [102])

Denique ut Fridlandus a militum imperio amoveretur, decretum est Viennae [103]) ab Imperatore, sed non

---

verliehren, dan die tractaten zwischen ihme und dem feindt schon her weit gebracht worden, vnd mechte der effect vil elender ervolgen, alß man vermaint, so scheinet man nemme es zu Wienn wenig in acht, geschweigens das man die remedia vor die handt nimmbt, der Hörzog gehet darauf umb, alles Kays. Khriegs Volkh sambt den Offizieren an sich hengen, welches er desto leichter erhalten würdt, weilen Meniglich verkhert, vnd wann gleich ein guetter aufrechter diener vorhanden, doch bald wol gar violenter aus dem weeg raumen, die Wienerische Instruction, so der Kuestenberg mit gebracht, hat vil vbels gewurckht, vnd den Jenigen so ohne das ein böses gebluet haben, guette gelegenheit geben, vil vbeles zustüfften. In Summa es ist anjetzt das facit heraußkhommen, das alle diejenige fridenshandlungen, so man den abgewichenen Sommer in Schlesien tractiert auf verrätherey vnd dahin angesehen gewesen, dem Kayser seine Waffen und Lande aus denn Handen zu reissen, aber der feindt hat dem Fridland selbst nit thrauen, noch seinem commando sich untergeben wollen, dardurch sich alle Handlungen zerstossen.

101) cf. Bernhardi Richeli relationes diebus 18$^{mo}$ Januar. et 8. Februar. conscriptas.

102) cf. Bernh. Richeli relationem: „Dieses Werk sei stets in seinen Gedanken, es gehe mit ihm nieder und stehe mit ihm auf, er könne darüber nit schlafen.

103) Bernhardus Richelus scripsit 18$^{mo}$ Jan.: „Der Kaiser habe befohlen dem Kurfürsten zu schreiben .. es sei eine Resolution gefaßt zu remedieren, die Sache müsse cum grano salis angegriffen werden, um nicht das Kind mit dem Bade auszuschütten.“

inimicis illius (ut Foersterus credidit) suadentibus; verum enim vero eos viros ad consultationem vocavit Ferdinandus II., qui usque ad id tempus Fridlandi amici habiti sunt. Eggenbergio enim, Trautmansdorfio Comite, Episcopo quoque Viennensi, solis (Bavariae legato referente[104])) Caesar usus est hac in re consiliariis. Id quod magni momenti nobis esse videtur in disquirenda Fridlandi causa. Quum enim viri ipsi, qui usque ad id tempus Fridlandi partes sequuti semper eum defenderant, postremum eundem esse noxium sibi persuasum haberent, ipsique eum amovendum esse censerent, non solum rerum a Fridlando gestarum ambiguitatem pravitatemque, verum etiam quantum Caesari imminuerit periculum probaverunt. Praeterea ex hoc etiam nuntio intelligitur probissime egisse Ferdinandum II., quippe qui non inimicorum, sed amicorum Fridlandi consiliis usus sit.

Horum igitur virorum auctoritate ductus Ferdinandus 24mo m. Jan. die edictum emisit quoddam,[105]) quo omnes militum praefectos, officiis Fridlando debitis solvit, eosque Galassii subiecit imperio, simul autem omnibus, qui Pilsnae istas litteras ratas habuerant Fridlando, Illone Tertsckaque exceptis, ignovit. Februarii mensis initio mandatis ad Fridlandum capiendum editis Galassius quarto decimo eiusd. m. die militum praefectos Fridlandi, Illonis Tertsckaeque mandatis obedire vetuit. Duodevicesimo autem Ferdinandus iterum emisit edictum, quo exercitum de Fridlandi amotione certiorem reddens, Galassium, Maradam, Piccolominum Aldringerumque ei praefecit.[106])

Neque praetermittendum utroque Caesaris edicto Fridlandum ab imperio tantum amotum, non ut Foerstero videtur, proscriptum esse. Omnia enim quae militum

---

104) cf. eiusd. rel. die 18. Jan.

105) Typis exc. in: Förster, Briefe. Bd. 3. p. 177.

106) Typis exc. in: Förster l. l. Bd. 3. p. 200.

praefecti Caesari fideles iusserunt, id tantum spectarunt, ut Fridlandum cum adhaerentibus ei copiis Pilsnae circumvenirent, itaque eius cum hostibus consociationem praeciderent.[107]) Ferdinando II. ipsi primo m. Maii die ad Bunzlaviam proficisci fuit in animo.[108])

Ad eum finem exsequendum Piccolominius cum 3000 equitum Pilsnam, Suysius tribus cum legionibus Pragam tendit, atque omnes terrae angustiae inde a Tabore oppido usque ad Budvisiam urbem sitae tam diligenter occupatae sunt ab iis, ut 17mo Febr. die Pilsnae omnium rerum ne minima esset notitia.[109])

Sed Fridlandus periculo, quod sibi imminebat, non neglecto iterum 20mo Febr. die militum praefectos Pilsnae adhuc commorantes convocavit, iisque sociis assumtis litteras misit ad Caesarem, quibus nihil contra illius vel religionis catholicae salutem prioribus istis litteris 24mo Jan. conscriptis se petivisse declaraverunt. Declaravit insuper suo nomine Fridlandus omnibus quae prioribus litteris suscepissent officiis militum tribunos liberatum iri, si ipse hostile quid contra Caesarem ageret.[110])

Quibus autem litteris non vera Fridlandum consilia veramque sententiam promsisse etiam inde colligas, quod et Franciscus Albertus, Saxonico-Lauenburgiae Dux, 21mo Febr. die, proximo ergo post istam declarationem, Pilsna urbe relicta ad Bernhardum Ducem tendit, ut hunc Fridlandi consiliorum certiorem redditum ad auxiliares copias mittendas commoveret;[111]) et

---

107) cf. Bernhardi Richeli relationes.

108) cf. ibid. 109) cf. ibid.

110) Typis exc. in: Förster, Briefe Wallenst. B. 3. p. 196. — Hoc loco commemorare non praetermittamus etiam has secundas Fridlandi litteras sententiam nostram de prioribus iam supra latam vel maxime firmare. Nam si revera in istis fuisset illa de Caesaris servitio clausula, facillime aptissimeque Fridlandus in his litteris eam commemoravisset.

111) Quarum accuratiorem mentionem inv. in: Röse, Herzog

Fridlandus ipse brevi antea omnes militum praefectos copiis collectis 24mo Febr. die Pragae in monti albo adesse iussit. [112])

Vigesimo denique secundo Februarii die Fridlandus, quum omnes fere militum praefectos ad Caesarem defecisse videret, Pilsna relicta Agriam profectus est, quam in urbem 24mo eiusd. m. die vespertino tempore neque consiliis neque spe omissis venit. Nam non longe abfuerunt et Bernhardus Dux et Christianus Brandenburgiae Marchio, ad quem Elzium Cancellarium auxilii petendi caussa Culmbachium miserat.

Sed mors inopinata eum oppressit, priusquam opus perficeret. Noctis enim tempore inter 24mo et 25mo Febr. d. a militum tribunis, Buttlero, Gordone, Leslie et Deveroux interfectus est! Pri-

---

Bernhard. I. p. 270. — Praeterea memoratu dignum videtur, Franciscum Albertum res a Fridlando anno 1633 in Silesia gestas non alia Ratisponae quam Ferdinandum II. interpretatum esse ratione. cf. Chemnitz 2. 335 seqq.

112) Magni momenti est epistola quaedam, quam Illo praefecto cuidam, Uhlefeldt, scripsit, quum multo iam antea Fridlandum eum suis adversum Caesarem consiliis propitium reddidisse sit documento. Scripsit enim Illo 22. Febr. d.:

„Ihro fürst. Gnaden Herr Generalissimus verlassen sich auf meinen Herrn, haben mir anempholen selbigen zu berichten, daß sich ihro fürstl. Gnaden mit theils Truppen nacher Eger gewendet, allda sie auch die Ueberreste der Armee versammeln lassen. Piccolomini hat auf die Terzkischen Reuter getroffen, ist aber rebattirt worden, und im Fall mein Herr sich nicht getraute mit seinem Regiment durch Böhmen sicher bis nach Eger zu kommen, so hat man sich allbereit so weit mit Herzog Bernhard verglichen, daß, wann mein Herr die Donau herauf passiren wollte, solcher Paß wird verstattet werden; vermainet aber der Herr derer Orten eine diversion neben den andern wohl intentionirten Regimentern und Hülfe der Pauern zu machen, steht solches alles meinem Herrn zu belieben."

cf. Förster, Briefe Wallensteins. Bd. 3. p. 210.

Priusquam autem Fridlandi mortem fama divulgavit, militum Caesarianorum, cui ipse studuerat, seditio revera Troppaviae exorta est, qua in urbe Freibergerus quidam militum tribunus, Schafgotschii legione et levis armaturae equitibus Bohemicis in forum deductis, Caesaris hostem, Fridlandi amicum se professus et copias et cives Fridlando tamquam Bohemiae regi electo, Electoribus Saxoniae et Brandenburgiae, aeque ac principibus, ordinibusque Heilbronnensis confoederationis fidei iuramentum iurare iussit. Stipendiis in mensem statim solutis novas conducere copias incepit, sed ab Evangelicorum parte non celeriter adiutum Götzius Caesaris summus copiarum dux exercitu circumveniens in deditionem coëgit. [113])

Quae Troppaviensis seditio tam egregie Fridlandi consiliorum rationem probat, ut de iis aliquis dubitare vix queat.

Quum autem quae res in Bohemia anno 1634. ineunte gestae sunt, conferamus cum istis a Fridlando anno 1633. peractis, eum tum his de consiliis non cogitasse, sed hostes fallendi causa cum Evangelicis pactum esse persuasum nobis habere non possumus. Mirabilis sane ac rarissimus foret casuum concursus, quum vere res fuisse connexas credere nolimus. Arbitramur igitur lectoribus nos ostendisse Fridlandum inde a pugna ad Lucenam commissa molitum quidem esse, sed non firmata habuisse eiusmodi consilia, eumque contra omnes fortunae eventus potentiae auctoritatisque suae firmandae viis sibi apertis, quum periculum rerum ab eo gestarum ambiguitate exortum a Caesare sibi imminere vidisset, ad exsequenda vetera iam prius ad hunc finem capta consilia accessisse.

Neque igitur ille proditionis crimine omnino liberari potest, quum ipse rerum gerendarum viam primus in-

---

113) cf. Chemnitz l. l. 2. 363. Khevenhiller Annal. XII.

gressus sit, qua maximam Caesaris suspicionem se excitaturum facile prospicere et potuit et debuit.

Quis autem Ferdinando II. exprobrare audeat, quod ille tot rebus a Fridlando ambigue et suspiciose gestis commotus ab exercituum imperio eum amovendi consilium ceperit! Vidimus enim per longum temporis spatium, Caesarem inter varias hac de re sententias fluctuasse, ita ut certissimis tantum undique sibi allatis nuntiis ad consilia firmiter ineunda, amicis Fridlandi non inimicis suadentibus commoveretur. Neque res eum in summo secreto egisse vituperandum esse videtur. Nam neque exercitus fides erat certa vel cognita, neque si his obedientiam denegaret, alium habuit Ferdinandus II., quo Fridlandi consilia irrita redderet. Ut breviter loquar: periculum fuit in mora, neque exspectari potuit, dum adesset.

Procul abest, ut iniusta principum facta defendamus, sed de Ferdinando II. certe idem dici posse videtur, quod scripsit Richelius Cardinalis:

> „Minationes atque gravissima consiliorum ancipitum indicia in rebus publicis nisi tamquam crimina habenda sunt, quae agendi ius principibus attribuant, nihil restat, quam ut eruptionem atque vim coniurationum otiose exspectarent. Neque enim haec omnia, ut ita dicam, mathematice demonstare possumus, quam ob rem gravissima indicia sine ira et studio ponderanda sunt, periculumque imminens tollendum, priusquam erumpens remedia irrideat.“ 114)

114) cf. *Richelieu* Mém. T. 3.